



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Avrea Clavis Paradisi Beatorvm, Omnibvs Christianis,
maxime Clericis, quotidie vsurpanda, praecipue hac
funestâ atque moesta belli tempestate**

Nicolartius, Petrus

Coloniae, 1643


urn:nbn:de:hbz:466:1-10096



Th. 3209.

J. I

24.



Ex Legato Celsi Principis Ferdin:
Epi Paderb. et Monaster:
Anno 1683.

AVREA CLAVIS
PARADISI
BEATORVM,
OMNIBVS CHRISTIANIS,
maxime Clericis, quotidie vsurpanda,
præcipue hac funestâ atque inæsta
belli tempore.

SER. TO AC REV. NO DOMINO.

D. FERDINANDO
DVCI BAVARIÆ,
ELECTORI COLON. & C.

D. N. Clementiss. Sodali piissimo, & c. dicata:
Ex Lessæa Officina ab Adm. Reu. & Doctiss.
Domino,

D. PETRO NICOLARTZ SS. THEOL. LIC.
Illust. Eccl. S. GEREONIS Canonico. Sereniss.
Elect. Col. in sacris Consiliario. & c. Eccles.
Sodal. Præfecto meritiss. Procusa.

*Hæc est clavis David. Apoc. c. 3. 7. quam habet
SANCTVS & VERVS, qua sola Calum aperit,
si vteris: sola claudit, si fastidis.*

—S(O)S—

COLONIÆ,
Apud IOANNEM KINCHIVM,
ANNO M. DC. XLIII.

Collegij Socij Jesu Paderb.

Anime Christiane accelera,
HIC SEMIDEI NASCVNTVR,
EX DEO HOMINE;
EX AQUA & SPIRITV S.

Si pieras est	Pretium	Iaspis	est
	Politia	Curia	
	Medicina	Centaurea	
	Animi lux	Meridies	
	Dei scientia	Academia	
	Thronus Salom.	Eburnus gradus	
	Virtutum Sol	Meridies	
	dei tabernaculū	Moyses, præses	
	S. Ecclesia	Euangelium	
	Diuina militia	Victoria	
Beatorum vita	Salus.		

Nec plus verbis, in promisso; quam donis,
in fructu: teste Deo. Etenim hic libellus plus
Iaspide, dotat, ditat: excellentius mundi con-
silio, erudit: fidelius archiatro, sanat: splendi-
dus sole, illustrat: plenius Philosophia, perfici-
cit: fructuosius Salomone, auscultatur. In Dei
domicilium inducit, ductore viæ plus quam
Moysse. Tradit Euangelium in compendio,
virtutem in aeterno, salutem in præmio.



Salutatio & Gratulatio.

SERENISSIMI ILLVST. mi REV. mi

ARCHIEPISCOPI,
EPISCOPI, PRÆLATI,
DVCES, PRINCIPES,
COMITES,

Adm. Reuer. Venerabiles, & Religiosi
DD. Sodales.

S. I. **S**apientis spiritu libet animos
vestros afflare, & tam sacro
halitu cōceptum fouere feruorem,
dicendo, quod Eccles. cap. 6. 5. *Lin-
gua eucharis in homine bono abundat:
verbum eius dulce multiplicat amicos.* E-
go enim, qui velim bonus inter bo-
nos esse, abundo salutatione, & an-
num vobis gratulor, nouum; pre-
cor, beatum; aucturus ita mihi, ami-
cos; vobis, dulcitudinem; quando

A 2

. Para-

4 *Salutatio DD. Sodal. anno nouo.*

Paradisum Dei nostri, hoc dulciculo diuinoque libello, tanquam aureola cæli vobis patefaciam clauis: in quo eam, quam cum nutricis lacte haustis, rerum salutis necessariorum scientiam, paucis mecum recoletis, qua excitati, cum perillustri ex primis Sodalibus Marianis *S. Simeone*, fidenter omni vitæ momento, quod ille in mortis articulo, dicatis: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, in pace illa, quam quæro & spero, dum spiro.*

§. 2. Consilij huiusce mei ratio, mihi fuit, quam iusta, tam & moesta. Videbam bellum Dei flagellum; & tentatas à principibus vias pacis, non nisi rapacis. Ex summi igitur Imperatoris sacrario exsculpendam esse eam, quæ sit pax, non rapax; ius, non vis: nec aliã posse viã, quam vitæ sanctimoniã meioris. Innocentia morum propitium inuenit Numen. Clamat populus, nec audit Dominus: ait,

Cur

Cur mihi Domine, Tutor, Pater, cur mutatus es in crudelem? duritiá manus tue aduersaris mihi. Eleuasti me, & elifisti valide. Iob. 20. 21. Si Dominus nobiscum, cur apprehenderunt nos hæc omnia, mi Angele? vbi sunt mirabilia eius antiqua? Iud. 6. 13. Nunquid Sion abominata est anima tua Deus? quare ergo percussisti nos ita, vt nulla sit sanitas? expectauimus pacem, & non est bonum; tēpus curationis. & ecce turbatio. Ier. 14. 19 Gladius, vt splēdeat, limatus est, vt feriat, acutus est. Ezech. 21. 9. Nunquid meliora facit Babylon, quam Sion? lib. 4. Esdr. 31.

§. 3. Nos ergo Clerici sanctitate nostra, prouocemus oportet alienas patientia sacra, vniuersam. *Vua con-*spēcta liuorem ducit ab vua. *Exempla in-*uitant, irritant. Patientia, sumus tribules: exitij, testes: virtutis, sumus præfultores. *Inter arma silent leges,* sonant singultus: clament preces, vincant

6 *Salutatio DD. Sodal. Anno nouo.*

vincant mores. Reminiscamur cum
Catone illius Galenici: *Vulnera dum
curas, dolor est medicina doloris.* Nulli
fuit molle à faucibus mortis ad vi-
tam iter. *Qua nocent, docent.* Vt potiar,
patiar. Immolandum Isaac arietem re-
perit, sed in vepribus. Cæcus Tobias,
non sanatur, nisi felle. Homo redimi-
tur, non nisi Cruce. Diluuium vrget?
annua nauigatio, periclitando serua-
bit te. Vt fias Noe, ex vndarum vlnis
enata, pereunte mundo: *Arca* fiducia
tuæ, quo perfundius irati cæli tem-
pestatibus demergitur, hoc & pro-
pius mitigando religionibus cælo e-
mergat, leuata ligno: *lignum* autem e-
rit *Crucis*, quod Christianus hume-
ris suis tollet, vt adimpleat ea, que de-
sunt passionum Christi, in carne sua. Co-
loff. 1. 24. *Portans in corpore, stigmata*
S. Passionis. Testimonia certæ salutis.
Pietatis athleta *contra spem in spem ni-*
titur. Rom. 8. 14. Atque cum Horatij
ilice,

ilice, Ab ipsa sumit opes animumque cruce.
Quid? Non quisquam fruitur veris odoribus,
Si fronti caueat, si timeat rubos,
Armat spina rosæ. Claudia. vnū Christiani
bonum duo semper obsident mala. Fieri possunt
Absalones, in palatio: at tristatæ, non nisi in prælio,
ad Bethel cisternam. *Vile decus, quod non erexit præuius horror.* Claud.

§. 4. En artificium cæli. Quo aurea hæc clavis competitores virtutis inuitat, eodem mundi rector candidatos salutis impellit. Artifex ignibus subigit, materiam: Deus cladi- bus, virtutem. Crescit aduersis animosa virtus. Implet facies suorum ignominia, vt querant nomen salutis. Ps. 82. 17. *Multiplicantur infirmitates, vt accelerentur supplicationes* Psal. 15. 4. *Virtus infirmitate perficitur.* Inualetudo, nalentissima est. 2. Cor. 13. 10. *Occidit Deus pios, reuersuros diluculo.* Periclitata probitas supernatem suspicit opẽ.

A 4 . Hoc

8 *Salutatio DD. Sodal. Anno nouo.*

Hoc est, *Salutem capere ex inimicis.*
Luc. 1. Animum, *ut bilium*, olere, sed
inter *spinas*. Cant. 2. Quapropter mā-
dante summo Imperatore, eius mi-
liti ferendum, fidenter, cum *Noe*: for-
titer, cum *Dauid*: feliciter, cum trium-
phatore. *Patientia*, opus perfectum ha-
bet. Iac. 1. 3. Hac omnes in patriam
grassati sunt exitum ciues. Inno-
centia morum facit proximum esse
Deo.

§. 5. Habetis, DD. Sodales aurea
mala in lectis hic argenteis, quæ
sunt verbum in tempore suo. *Pro-
uerb. c. 25. 11.* In tempore Dei irati pœ-
nitentiam: placati, amicitiam: inue-
stigandi, vestigium: inuestigati, do-
micilium. In gredimur & vescimi-
nor: in horto eius est LIGNVM VI-
TÆ, quo mortui, viscunt, ut cæ-
lum spirent: viui conualescunt, ut in
altum asparent: spirantes & aspiran-
tes, Deo hic, copulentur spiritus
istic,

Ex aureola clavis bono.

9
istic, spiritu & beatitatis fructu. Va-
lete, florete, fructificate. Ex museo
meo. Colonia. Anni 1643. Kalend.
Ianuarijs.

*Ser. marum Ill. marum Reu. marum
Adm. Reu. darum Venerabilium
ac Religiosorum DD. VV.*

Humillimus cliens

Petrus Nicolartz S. Gereon-
nis Canonicus pro tem-
pore Sodalitatis Ecclesi.
Præfectus.

*Portarum sanctæ in Paradiso ciuitatis
sunt duodecim. Apoc. c. 21. 12. Ab Oriente
porta, tres: tres ab Aquilone, totidem ab Au-
stro: & ab Occidente tres. Quas omnes mi-
rabili artificio hæc clavis, diuino ingenio,
eadem; motu diuerso diuersa; & ingenio &
motu, fructuosissima; laxè & fideliter pãdit.*

A 5

PRQ.



PROPOSITIO

Prima celi porta Orient.

De ingenio motuque clavis.

§. 1. **S**icut Philosophi veram beatitudinem ignorarunt, ita etiam ignorarunt viam, qua ad illam perveniatur. Nec mirum cum utrumque sit planè supernaturale, ac proinde ratione humana nequeat investigari. Hinc fit ut viribus naturæ obtineri nequeat, sed opus sit singulari Dei auxilio, quod Gratiam vocamus.

Gratia itaque divina est generale adimniculum, sine quo nihil prestare possumus quod ad beatitudinem proficit, & per quod facile eam possumus adipisci. Itaque ex parte Dei maximè necessaria est gratia, tum ad Deum cognoscendum, tum ad ea præstanda, quæ ipse à nobis requirit.

§. 2. Ex parte verò nostra, necessaria est sedula cooperatio per diuinorum mandatorum observationem. Porro ad gratiam obtinendam præstantissimum medium est ORATIO. Ad sedulam verò gratia cooperationem nihil præstantius quàm CONSIDERATIO certorum capitum, quibus ad singularum virtutum

Chri-

Christianarum affectum & exercitium mirificè excitamur.

Totum enim bonum hominis, totaq; perfectio vite prouenit ex attenta consideratione rerum diuinarum, & earum qua virtutum amorem, & odium vitiorum excitant: sicut è contrario tota vita imperfectio, & totum malum nascitur ex neglectu considerationis. Si enim in ijs rebus considerandis, qua fides Christiana nobis proponit, ita attentè & studiosè versaremur, sicuti earum dignitas postulat, nunquam graue aliquod peccatum admitteremus: sed è contrario pulcherrimarum virtutum functionibus assiduè mens redundaret.

§. 3. Quare de duobus istis adminiculis, nimirum ORATIONE & VIRTUTVM excitatione, visum est mihi breuiter hic tractare ad Dei gloriam, vt seruo; ad proximi salutē, vt conseruo; ad publicum fructum, vt competitori. Germanus cuius credit se communitati natum.

§. 4. Quoniam autem ea, qua capitibus docentur, omnia ad omnes generatim Christianos pertinent, oportebit separatim ea horum, qua clericalis sunt obligationis, manifestius atque fusius ex Pontificio Iure, oculis eorum animisque subijciamus. Primo, Tenētur esse Sancti. Leuit. c. 20. Sancti estote, quia.

ego sanctus sum. ait Dominus clericis. Nam hi illius personam gerunt in terris. Psal. 13. 1. 16. Sacerdotes eius induam salutari, & Sancti eius exultatione exultabunt. Quors locū Gratianus adducit. l. p. Decr. dist. 40. §. 1. dicitque variis vestibus indutos fuisse veteris testamenti Sacerdotes, ex praeceptione diuina: idcirco, quia (ut mandat 1. Tim. cap. 3. S. Paulus) oportet presbyterum virtutibus ornatum esse. Non enim loca, sed vita & mores sanctum faciunt sacerdotem: ait Gratianus. Secundo, Quia Sacerdos Angelus comparatur. Malach. 2. Labia Sacerdotis custodient scientiam: quia Angelus Domini est. Tertio, Quia debet alios sanctificare. Vos estis, sal terra, lux mundi. Matth. cap. 5. 13. Quarto, Quia clerici sunt mediatores cali ad soli, Deum hominum. Hinc Sacerdos olim & abstrahitur cum Deo, nomina 12. tribuunt, inscripta Rationalia, gestabat in pectore, Quinto, Quia munia cleri sunt sanctissima; assistere altari, ministrare & administrare sacra, consecrare &c. Sexto, Quia propria Sacerdotis dos est, SANCTITAS. Orig. c. 5, ait, id est, Sanctus & γῆ, quod est, sine terra, à terrenis abstractus, diuini deuotus & addictus.

§. 5. Ante omnia ergo requiritur scientia, cuius clauem hic porrigit libellus. Quoniam ubi deest agnitio aeternae veritatis, falsa
ibi

ibi est virtus, etiam in optimis moribus 28.
 qua st. 1. c. omnes. §. proximo. p. 5. Tum & fu-
 gamali, qua primus est gressus ad factionem
 boni. 15. q. 1. c. Nec is. Nam non infunditur
 Christus, nisi cum interficitur impietas: & ubi
 abominatio aboletur, sanctificatio operatur.
 Perit quippe virtus, nisi absit virus. poen. d.
 5. c. consideret. Impossibileque est, ut peccet,
 qui habet charitatem; impossibile ex gratia,
 non ex natura. ib. d. 2. c. ficta. 2. p. Tunc ergo
 demum asciscitur virtus, cum renunciat
 peccato. 32. q. 1. renunciat. Rite autem. r.
 q. 1. c. Dominus. Requiritur in clerico utra-
 que sanctitas, innocentia & Sacramenti. Cui
 tale cuique sacrificium suum fiat, qualis ac-
 cedit, ut obseruat; & qualis accedit, ut sis-
 mat. Non obsunt propria saluti aliena pec-
 cata; corrige tua. Corrige ex charitate,
 non valet si ex necessitate. 33. q. 3. de poen.
 d. 2. c. ut cognouerunt. §. opponitur item.
 med.

Secunda porta Orientis aperitur.

§. 6. **O**RATIO generatim complecti-
 tur laudem, gratiarum actionem,
 & petitionem. Est enim insigne Religio-
 nis opus, quo Deum honoramus vel lau-
 dando, vel gratias pro beneficiis acceptis

agendo, vel noua ab ipso beneficia, tamquam omnium bonorum fonte, postulando. *Obsecratio*, seu obtestatio per sacra, nempe per Dei misericordiam, per Christum, per Christi merita, &c. ad Petitionem pertinet, neque distinctam orationis speciem constituit, sed duntaxat causas concedendi allegat.

§. 7. Quam autem hoc opus, si debito modo fiat, sit salutare, constat ex tribus causis. *Primò*, Quia est summi meriti, cum ad illud præstantissimarum virtutum functiones concurrant: ut fidei, spei, charitatis, religionis, humilitatis, gratitudinis. Ad laudem enim concurrunt fides, charitas, & religio: ad gratiarum actionem, fides, charitas, & gratitudo: ad petitionem, fides, spes, religio, & humilitas. Itaque excepta Sacramentorum perceptione, nihil salubrius aut præstantius in hac vita, quam incumbere sedulo orationi.

Secundò, Quia est veluti generale quoddam instrumentum ad omnia saluti opportuna à Deo facile obtinenda. Est enim, ut S. Ioan. Chrylost. (Lib. I. De oratio Deo) ait, instar clavis cuiusdam, per quam omnes Dei thesauros possumus aperire, & ex illis accipere quidquid nobis commodum videtur ad æternam salutem consequendam.

Omnia

Omnia enim ista oratione certissimè possumus impetrare.

§. 8. Quod vt diligēter consideremus, & verissimum esse sciamus, Scriptura plurimis locis inculcat. Matth. 7. & Lucæ II. Dominus ait: *Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur.* vbi sexies diuersis verbis idem repetit, vt nos certissimos reddat: & cōfirmat duobus exemplis pulcherrimis, nimirū amici nocte intempesta petentis panē ab amico, & filij petentis panē, vel piscem, vel ouum à parente. Deinde sic concludit: *Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona dare (quæ à vobis nō habetis, sed aliūde accepistis) dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de celo dabit Spiritum bonum petentibus se?* Idē Ioan. 14. *Quodcunq; petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio.* Et statim addit, idem ferē repetens: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciā.* Marci II. *Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.*

§. 9. Hisce toties repetitis sentētiis vult nos Dominus reddere certos, nos omnia ad salutem accommodata accepturos, si prout decet, ipsum per orationem adierimus.

TERTIO,

TERCIO, Quia est medium ordinariè ad salutem necessarium. Nam pleraque auxilia ad salutem opportuna, per orationem nobis sunt impetranda: nempe quæ ad superandas tentationes, & ad perseverandũ in finem ordinariè sunt necessaria. Et si enim Deus ex sua ineffabili benignitate etiam nõ orantibus multa sæpè auxilia præstet: tamen auxilia maiora, & singularem illam protectionem ac directionem, quæ quis perseverat in finem, & consequitur salutem, nec promittit, nec ordinariè confert, nisi orantibus.

§. 17. Vnde Scriptura sæpè monet ut semper oremus, nimirũ quantum humana conditio patitur. Ecclesiastici 18. *Non impetiaris orare semper.* quasi dicat, Nullam rem, nullum officium admittas, quod te impediat quò minus possis semper orare; nimirum quantum fert humana fragilitas. Marci 13. *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit, quo sistendi estis supremo Iudici.* Luc. 18. Dominus parabolâ ostendit, quòd oporteat semper orare, & non deficere. Et cap. 21. *Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia illa (pericula salutis) quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.* 2. ad Thessal. 5. *Sine intermissione orate.*

Ratio

§. 11. Ratio est, Quia Dominus vult se & sua beneficia agnosci; & nos confiteri sine eius gratia & auxilio non posse pericula salutis euadere, tentationes superare, aut salutem consequi. Itaque vult nos assidue ad se recurrere per orationem, & hoc modo omnia saluifera impetrare.

§. 12. Itaque qui orationi, prout oportet, est deditus, certissimus sit, nihil eorum quæ ad salutem sunt opportuna, ex parte Dei ipsi defuturum: ac proinde certus sit se fore saluum, si ex parte sua diuinæ gratiæ per socordiam & crassam negligentiam non defuerit.

§. 13. Porro vt debito & conuenienti modo oremus, quædam sunt obseruanda, tum ante orationem, tum in ipsa oratione. Ante enim orationem opus est quadam præparatione, de qua Sapiens Ecclesiast. 18. *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Tentare enim Deum censetur, qui modo ad impetrandum inepto, & qui potius iram, quam beneficium meretur, impetrare contendit.

§. 14. Hæc præparatio tria requirit. PRIMO, vt Deum cum quo agendum est, ante oculos nobis ponamus, & nos in cōspectu eius sistamus. Hoc autem multis modis

modis fieri potest. *Primò*, Si concipiamus illum tamquam spiritum per omnia diffusum, omnia implentem & continentem, nostraque omnia clarissimè intuentem & sentientem. Ipse enim vbique præsens est, & *oculi eius decies millies sole lucidiores, intuentes omnes vias hominum, & cordium arcana.* (Eccli 23.) Quo sic ob oculos proposito & considerato, tamquam cum præfente, & nos intuente ac audiente, tota oratione agendum.

Secundò, Si concipiatur tamquam lux immensa intimè nobis præsens, & in corde nostro cū omnibus thesauris & donis suis, cum tota potentia, sapientia, sanctitate & bonitate sua (quibus in momento nos sanctos & beatos efficere potest) residens. Et hoc modo dirigimus totam orationem ad eum tamquam intra nos constitutum, & in fundo animæ nostræ absconditum.

Tertiò, Cōcipi potest sub angusta forma humana sedens in solo cęlesti, circumfusus luce infinita, & infinitis Angelorū myriadibus: quo modo apparuit Danieli, *Dan. 7.* & Ioāni in *Apoc. c. 5.* & *Isaiæ, Isaiæ 6.* & aliis.

Quartò, Proponi potest ob oculos Christus Dominus in natura assumpta, vel ut pendens in cruce in monte Caluarix, vel ut sedens ad dexteram Patris, circumfusus
Ange-

Angelorum & beatorum spirituum immenso exercitu; vel vt sedens in nubibus Iudex viuorum & mortuorum. His vel similibus modis Deum concipere debemus, quando seriò orare volumus, & effice proposito, nos animo in cælo & in terra humillime prostertere, vt tota nostra oratio ad eum tamquam præsentem, & nos videntem & audientem dirigatur. Qui enim cum aliquo vult colloqui, debet eum habere præsentem, & tamquam cum præsentem agere; alioquin sermonem ad illum non dirigit, sed in aërem loquitur. Vnde hæc consideratio præsentia diuinæ, in oratione est maximè necessaria, & diligentissimè procuranda. Qui in ea probè est exercitatus, non solum magno fructu, sed etiam magna facilitate & suauitate orare potest.

§. 16. SECUNDO loco præparatio requirit, vt cogitemus quidnã cum Deo tractaturi. Sicut qui cum magno aliquo Principe acturus est, prius cogitat quidnam debeat tractare; ita multo magis qui acturus cum Deo, antè expendere debet quid agere velit: nimirum an illum laudare, an gratias agere, an beneficia aliqua ab eo poscere; & quænam ea sint.

§. 17. TERTIO loco petendũ à Domino
auxi-

auxilium, quo dignè tantum munus præstare possimus: nimirum ea mentis eleuatione & attentione, ea reuerentia & eo affectu, quo par est creaturam cum suo Creatore colloqui. Vnde commodissimum tēpus, quo maximè est mens serena & apta contemplationi, deligendum, omnesque aliæ cogitationes & curæ penitus excludendæ, perinde ac si cum rebus humanis tibi nihil sit commercij & solus cum Deo & Angelis eius sis in mundo.

§. 18. Hac præparatione præmissa accedendum ad ipsam orationem, quæ vt optimo modo fiat, tria postulat. *Primò*, Magnam attentionē ad Deum, cui loquimur, quem nobis in præparatione ob oculos posuimus; quia tota oratio ad ipsum tanquam ad præsentem dirigi debet. Ex hac attentione fit, vt cum magna reuerentia preces nostras faciamus.

§. 19. *Secundò* requirit magnam attentionem circa sensum verborum quæ pronuntiamus, præsertim cum Psalmos, vel alias orationes iam compositas recitamus. Itaque danda est opera, vt antea probè illa intelligamus, vel piam aliquam illorum intelligentiam perceptam habeamus. Et si enim qui recitant Preces Canonicas, præcepto Ecclesiæ satisfaciant, & etiam opus
pium

pium ac meritorium præstent, si saltem ad Deum, cui loquuntur attentifint, & cum reuerentia sacra illa verba proferant, quãuis ea non intelligant: longè tamen præstantior foret oratio, si sensum illorũ perciperent, & eo spiritu quo primò concepta & scripta, Deoque à Propheta sunt decantata, proferrent.

§.20. *Tertiò*, Ut conemur in nobis excitare, & induere illos affectus, quos oratio in singulis suis partibus exigit, quosque ipsi Auctores sacri, & viri sancti ac illuminati in decantando sentire consueuerunt.

Quod ut assequamur, expedit non valde multa orando legere, aut recitare, nec celeriter: fieri enim non potest ut oratio multum sapiat animæ palato, dum cursim transitur. Opus est aliqua mora in considerando, ut affectus excitetur, præsertim varius pro varietate materiæ, quæ occurrit.

§.21. Difficile est hoc exactè præstare in longa oratione, quia opus est multo tempore, & mens tam longo conatu non parum fatigatur. Itaque in breuiore oratione, verbi gratia in Oratione Dominica, Salutatione Angelica, in Symbolo, in vno vel altero Psalmo, in paucis Hymnis, & similibus, id omni ope conandum. Et quam-

uis

22 *Clavis secunda porta Orient. Apoc. 3.*

uis in principio fit aliqua difficultas, vsus tamen sensim rem reddit facilem & delectabilem.

§. 22. Porro singuli versiculi, imò singula pænè verba sunt attentissime consideranda, & eorum vis expendenda allatis varijs conceptibus, causis, effectis, modis, &c. Ideoque expedit singulos versiculos bis tervè repetere, nec transire ulterius, donec eos veluti degustaueris. Quæ vt melius intelligantur, statuam exemplum in Oratione Dominica.

Hæc, quæ explanatio sequitur, Domini oratio, post horas finitas semper recitatur, de consecr. d. 5. c. Id semper. Compensat enim negligentiam factæ psalmodiæ, dimittendo peccata venialia, de pœn. d. 1. medicina. & c. tres. Quæ peccata etiam dimittuntur asperione aquæ benedictæ. Consecr. d. 3. Aquam. Et digna Eucharistiæ sumptione, de consecr. d. 2. c. Ante. c. Panem. Presbyteri item benedictione, 28. di. Presbyterum. Idem testatur & S. August. Hæc peccata, quia facile dimittuntur, non ideo contemnenda, pœn. d. 1. tres sunt, vbi S. Aug. ostendit, naufragari eum, & qui grandi maris fluctu operitur; & qui cum naui guttis repleta subsidit, d. 25. c. vnum. Ostenditur, quæ, qualiaque peccata, sint venialia. Sine illis
autem

autem non uiuitur in terra. de pœn. d. 2. Ut cognouerunt. §. opponitur. med. horribile tamen est, quod dicit S. Aug. 25. d. c. vnum. Nullum peccatum esse a deo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.

§. 23. PATER NOSTER QUI ES IN CÆLIS. Verè *Pater noster*: tu enim nos ex nihilo ad imaginem & similitudinem tuā benignissime condidisti, tu lapsos in peccatum ab æterna morte redemisti, tu nos in filios adoptasti, tu Spiritu tuo sanctificasti, tu ad cælestem hæreditatem uocasti, & prouidentia paterna nos ad illam dirigis. Tu Pater noster, Creator noster, Redemptor noster, Sanctificator noster, director noster, & largitor bonorum omnium. Hæc omnia hac Patris appellatione cōprehenduntur. Cōuenit hoc nomen Deo respectu nostri prout complectitur totam sanctissimam Trinitatem; omnia enim opera paternitatis in nos sunt communia toti Trinitati.

§. 24. QUI ES IN CÆLIS. Ibi te aperis, ibi te manifestas, ibi cognosceris & amaris, benediceris & laudaris in sæcula sæculorū. *In cælis*; in beatissimorum spirituum mentibus, quæ omnibus cælis corporeis capaciores. Ibi fulget maiestas tua, ibi regnas & triumphas in æternum.

§. 25. SANCTIFICETVR NOMEN TVVM.

Sancti-

Sanctificetur nomen tuum (quidquid tu es & dixeris) in hac extrema Regni tui parte, sanctificetur in hominibus. Omnes mortales te cognoscant, te timeant, ne ament, te laudent & benedicant in saecula. In hoc nominis tui sanctificatio est sita; hęc semper vigeat, efflorescat vsque in finem mundi.

§. 26. ADVENIAT REGNUM TVVM. Exscindatur regnum impietatis, regnū peccati & diaboli: Regnum tuum adveniat, & omnibus dominetur. Primum quidem Regnum fidei, spei, & charitatis, per quæ in cordibus omnium nationum regnes: deinde æternum illud Regnum beatæ visionis, in quo tu eris omnia in omnibus. Hoc Regnum non diu differatur, sed completo mox Sanctorum numero, se aperiat.

§. 27. FIAT VOLUNTAS TVA, SICVT IN CÆOL, ET IN TERRA. *Voluntas tua*, consilia tua, præcepta tua, beneplacitum tuum. Hęc triplex voluntas tua sic impleatur in terra, sicut impletur in cælo. Omnes obediunt præceptis tuis, omnes pareant sanctissimis inspirationibus tuis, omnes probent beneplacitum tuum.

§. 28. PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE. Panem corporalem & spiritalem, alimenta corporum &

an-

animorum. Sicut corpus cibis visibilibus, ita anima verbo tuo, doctrina & illustratione tua, & in primis pane illo diuino, Ioan. 6, qui de celo descendit, qui spiritus est & vita, qui mundo vitam tribuit; corpore inquam & sanguine Filij tui. Omnem hunc panem da nobis quotidie.

§. 29. ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS. Ecce, Pater, ignosco omnibus qui me iniuria affecerunt, vel quouis modo in me peccauerunt: nihil illis mali exopto, sed benedictionem tuam & Spiritum sanctum tuum illis imprecor. Ignosce itaque & mihi quidquid in te peccavi: relaxa culpas & supplicia, debita culparum & pœnarum, quarum tibi reus sum & debitor. Hæc omnia debita remitte mihi per infinitam bonitatem & misericordiam tuam, per sanguinem & merita Christi filij tui Domini nostri.

§. 30. ET NE NOS INDUCAS IN TENTATIONEM. Semper nobis adsis auxilio & protectione tua, vt nulla nos tentatio vincat, nullæ mundi vel carnis illecebræ in peccatum trahant.

§. 31. SED LIBERA NOS A MALO. A malo culpæ & pœnæ, ab omnibus diaboli insidiis, & tandem ab omnibus huius vitæ malis.

malis, & transfer in Regnum tuum, ubi te summo bono æternum fruamur. AMEN. Ita fiat. exaudi hæc mea vota, & imple illa secundum bonitatem & misericordiam tuam.

§.32. En specimen accuratioris modi orandi, qui mirifice & mentem illustrat, & affectum excitat, & dulcedinem in singulis partibus latentem gustare facit: multo que fortasse melius est, hoc modo semel Orationem Dominicam recitare, quam centies cursim cū parua attentione. Quod si alicui sit iniunctum, ut ter vel quinquies recitet Orationem Dominicam facile id præstare potest toties repetendo singulos versiculos, illisque inhærendo meditatione, iuxta modum nunc explicatum. Hoc ferè modo B. Franciscus Orationem Dominicam recitare solebat, & B. Pater noster Ignatius eum modum valdè commendat in libello Exercitiorum. Nec video que ratio orandi possit esse præstantior. Facile autem quibusvis aliis precationum & laudum formulis, & Psalmis, & Hymnis & versiculis accommodari potest.

§.33. Quid oratio sit, docetur 3. Decreti p. de consecr. d. 1. Quando. Vbi dicit S. Cypr. esse pij animi affectum, in Deum omnia prætendentem. Quæ, si animus Deū
peccā-

peccatis prouocarit, non placebit Domino, vt exaudiatur, nisi contritione & confessione præcurrente. 1. q. 1. fertur. §. Vulnerato. & qu. 6. ego. fin. 3. q. 7. In graubus. Facienda autem est oratio diligenter, at-
tente, sedulo, non verbis tantum, sed maxime corde. de conse. d. 1. quando. vbi d. 5. c. non mediocriter, ex S. Hieron. confirmatur illud, (quod nostra clavis tradit §. 32.) esse meliorem quinque psalmorum decantationem cum cordis puritate, reuerentiaque, quam totius psalterij sine ea. Nam cum quolibet orationis verbo, debet concors esse cogitationis sensus. de conse. d. 4. nunquam. Quia voces ad Dei aures non diriguntur nisi cum animi, qui precibus pro alis est, sensu, 38. di. sedulo, de conse. d. 1. quando. Addenda constantia, vt sine intermissione oremus. ib. d. 5. nunquam. His oratio pennis conuestita fiet purgatio peccatorum. 1. q. 1. ipsi sacerdotes. Nec nõ efficax est auxilium contra visibiles & invisibiles hostes. 36. di. si quis vult. Deique secreta reuelatione sciet. 8. q. 1. si ergo.

§. 34. Tenentur autem Clerici & Religiosi plus cæteris orare, & pro se & pro suis. d. 36. si quis. 11. q. 1. duo. 10. q. 1. quia. Cõ-
edunt enim peccata populi, quia suis ea precibus in cælo delent. 1. q. 1. ipsi. Præfer-

tim autem Prælati: addendaque est neces-
 sario eleemosyna. d. 86. fratrem. Ut quan-
 to à meliori fit oratio, tanto citius exau-
 diatur. 1. q. 1. ipsi. 14. 45. scriptum. Profutu-
 ra viuis atque mortuis. 23. q. 2. non æstime-
 mus. & quatuor cc. seq. Esse in signum re-
 surrectionis Domini tam diebus per annū
 Dominicis, quam toto Paschali tempore,
 stante, non prostrato, corpore orandum
 monet. d. 30. si quis presbyter. Esse item ob
 efficacitatem orationi emerendam, ca-
 uendum à familiaritate fœminarum, tra-
 ditur d. 31. Si laicus. 33. q. 4. totā. Ne si is, qui
 displicet, ad intercedendum mittitur, irati
 animus, (vt fit alioqui,) ad deteriora pro-
 uocetur. 3. q. 7. in grauibus. Nec illud latere
 nobis debet, non esse orandum pro eo, qui
 moritur in ebrietate vel peccatis, sine cō-
 tritione. 23. q. 5. placuit. d. 35. vinolentum.
 Rationis Vile sepulchrum ebrietas nudat
 femora. d. 35. c. 1. 15. q. 1. Sane.

Insinuabit dein clavis aureola tres Chri-
 stianæ totius pietatis columnas, Ecclesiæ-
 que fundamenta viua, Fidem, Spem, &
 Charitatē; quibus hæc Orientalis in cælo
 porta, non minus fundatur, quam Exod.
 27. 14. Moyses tabernaculum Dei, tribus
 versus Orientem, columnis, tribus que ba-
 sibus,

sibus, iussu diuino, stabiliebat. Fundamenta solidata solidant substructionem.

Clavis tertiæ portæ Orientis in Calo.

§. 35. **O**MNIS commotio volūtatis sequitur ex consideratione intellectus. Vnde quod attentius ac perspicacius intellectus considerat virtutum motiua, seu rationes quibus mouetur ad operandum, eò maior excitatur affectus in voluntate. Ostendendum itaque, quænam motiua in singulis virtutibus sint consideranda. Ac primum qua ratione excitanda sit fides.

Proponendum id circa quod fidem excitare volumus. Vt si velim excitare fidem circa mysterium Eucharistiæ, nimirum ibi verè, propriè, realiter & substantialiter præsens esse corpus & sanguinem Domini, cū anima & diuinitate, atque adeò totum Christum ibi sub speciebus panis & vini delitescere.

Consideranda motiua & rationes, quæ persuadent id esse credendum.

Primo, Quia ipse Dominus accepto pane cum gratias egisset, & benedixisset panem, expressè affirmauit, (Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.) *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.* Et accepto calice si-

militer dixit, *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur*: adeò vt clarioribus verbis id exprimi non potuerit. Neque vllum est aliud fidei mysterium, quod clarius in Scripturis habeatur expressum. Vnde si decepti sumus, ipse decepit nos: quod blasphemum est vel cogitare.

Secundò, Quia id ipsum tenet & docet & semper docuit Ecclesia, (1. Tim. 3. Ioan. 3. Apoc. 18. & 21. 1. Cor. 12. Matth. 16.) quæ est *columna & firmamentum veritatis*: quæ est, *sponsa Christi, eius corpus mysticum, & Regnum*: quæ regitur spiritu Christi: quæ semper stabit, nec vllis inferorum & hæreticorum machinis euertetur: quæ si vel in vno articulo errat, corruit penitus, nec quidquam amplius ei credendum.

§. 37. *Tertiò*, Quia id omnibus sæculis ab initio nascentis Ecclesiæ Christi, ab omnibus Catholicis creditum, & à Patribus traditum, & in Ecclesia pro tali vsurpatum & sumptum, vt facile ex testimoniis Patrũ & Doctorum, qui singulis sæculis vixerunt & scripserunt, ostendi potest.

Quartò, Quia hanc doctrinam tenuerunt omnes qui sanctitate & miraculis in Ecclesia illustres extiterunt: vt patet singula sæcula percurrenti. Imò quò quisque sanctior, & miraculis clarior, eò maiore deuo-

deuotione hoc Sacramentum est profecutus: vt S. Dominicus, Franciscus, Bernardus, Cælestinus, Norbertus, Xauerius, Ignatius, Vincentius Ferrerius, Franciscus à Paula, & alij innumeri. Si isti errarunt, consequens est vt sanctitate & miraculis clarissimi fuerint idololatræ. Si idololatræ, quomodo sancti? quomodo Deus illos miraculis claros, & omnibus imitandos proposuit.

Quintò, Quod hæc ipsa doctrina innumeris miraculis sit confirmata, quæ occasione huius Sacramenti contigerunt. Fieri autem nulla ratione potest, vt in confirmationem doctrinæ falsæ & perniciosæ vera miracula fiant; quia Deus non potest falsitatem & impietatem confirmare.

§. 38. *Sextò,* Quia hæc doctrina ita per decem prima sæcula, nempe vsque ad annum 1050. fuerit ab omnibus ita recepta, vt nullus etiam hæreticus publicè illam oppugnare ausus fuerit. Et cum Berengarius circa id tempus contrarium tradere cœpisset, mox eius sententia ipso viuo in quinque Conciliis fuit damnata: & ipsemet eam ter abiurauit, & tandem in fide Catholica cum magna pœnitudine sui erroris obiit.

Septimò, Considerandum quales sint qui

B


4

hang

hanc doctrinam oppugnant: nempe homines vita infames, superbi, contumeliosi, impuri, multis aliis nefandis erroribus obnoxij. Quis credat, Deum illis potius quàm viris sanctissimis, humillimis, castissimis, modestissimis veritatem patefecisse? Insanum est hoc existimare.

Octavo, Quòd præcipua ratio, qua hæretici hoc mysterium oppugnant, sit, quòd hoc videatur impossibile. Sed multa alia nobis credenda sunt, quæ humano iudicio videri possint impossibilia. Alioquin explicent nobis, quomodo Deus ex nihilo fecit mundum, quomodo Deus est trinus personis, essentia vnus. Quomodo Filius factus est homo. Quomodo si Filius verè est Deus & homo, non etiam Pater, & Spiritus sanctus sit homo. Quomodo Christus natus est clauso utero, & quomodo resurrexit clauso sepulchro: quomodo fiet resurrectio carnis. Quomodo impij in suis corporibus eterno cruciabuntur igne, nec consumentur: & alia huius generis; quæ si humana ratione expendantur, planè videbuntur impossibilia.

§. 39. *Nonò*, Consideranda debilitas nostri intellectus, qui est infimus inter omnes intellectus creatos, & ita debilis, vt
nullam



nullam rem corporalem, quantumvis familiarem, clarè & distinctè, qualis secundùm speciem suam sit, cognoscere possit. Imò nullus est sapientum huius mundi, qui vel centesimam partem secretorum, quæ latent in vna formica, vel musca (vt mihi facile esset ostendere) possit inuestigare. Quòd si in rebus infimis ita cæcurimus; quanto magis in summis, & diuinis nostrâ cæcitatem & ignorantiam fateri debemus, & omne iudicium nostrum Deo & Ecclesiæ humiliter subijcere?

His omnibus consideratis, perspicuum est, hanc doctrinam firmiter credendam tamquam à Deo traditam & confirmatam, idque ea firmitate qua par est supremæ & diuinæ auctoritati credi. Itaque statuam mecum illam firmissimè credere, & potius mortem oppetere, quàm vllò modo de ea velle dubitare, ne diuinæ auctoritati sim iniurius. Digna quidem est diuina auctoritas cui infinita firmitate credatur: verùm quia id præstare non possumus, postulat vt omni qua possumus firmitate, diuina gratia adiuti, ei credamus, omnem sensum & intelligentiam nostram in obsequium fidei captiuantes.

Simili modo poterimus excitare fidem circa reliquos fidei nostræ articulos, con-

fiderando rationes & motiua, quæ illos creditu dignos faciunt: & diuinæ auctori-
tatis magnitudinem, propter quam firmis-
sime credi debent.

§.40. Explicatus est orandi, modus, fi-
nis, & fructus. Oratio autem est virtutis a-
ctus, non virtus; cælique clavis, monitore
S. August. Nunc ad virtutes eas, quibus cõ-
petitor cæli cælum eblanditur & Deum,
est euolandum. Deus ipse virtus est: amat
virtutem, qui amat se. d. 56. nasci. Amatque
in naturâ creata, maxime eâ, quam san-
guine filij sui redemit, virtutes; quia sunt
animæ ornamentum in signe ac diuinum,
de poen. d. 2. c. Illa anima à Deo pingitur,
quæ habet in se virtutum gratiam renitē-
tem, splendoremque pietatis. Illa anima
bene picta est, in qua elucet diuinæ ope-
rationis effigies, splendor gloriæ, & pater-
næ imago substantiæ. Hæc pictura pretio-
sa est: Adami, ante peccatum. Et ibid. c. su-
per. & 3. p. cum nemo repēte fiat summus,
ponuntur virtutibus gradus & connexio-
nes, oportet autem his clericum & maxi-
me prælatum excellere. d. 40. Ante. & c.
Multi, quod aut eum est capitulum: vt & d.
47. omnes.

§.41. Virtutes tamen clericorum, quæ
& omnium Christianorum, principes sunt.
tres

tres Theologicæ: auctore S. August. de consecr. d. 2. quia passus. Inter quas prima & reliquarum *Clavis* est fides. sperandarū substantia rerum, argumentum nō apparent. Hebr. 11. 5. Cuius est meritum, quia rei non visæ. de pœn. d. 4. In domo. Nec meritum, nec vitus, si absque operibus bonis sit. 1. q. 1. Sicut vrgeri. & c. Fertur, & de pœ. d. 2. §. Non est mirum. Viuet autem si per dilectionem operetur. pœn. d. 2. firmum. Tam ea, quæ fidei Sacramentum importat, quā ea quæ fidei habitus est. de consecr. d. 4. nihil. Cum enim ea vtraque non tantum liberi sit arbitrij, dono Dei perficitur. de cōsecr. d. 4. gratia. Atque meritorum suorum gradibus proficit ac augmentatur. de pœn. d. 2. §. hæc quæ. Quare illud, quod ait Apost. Rom. 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est, intelligitur, quicquid sit cōtra conscientiam, id ædificat gehennam. 28. q. 1. omnes. par. 5. Firmissime ideo credendum omnibus fidei articulis. 33. di. qui episcopus. Publiceque in Ecclesia prædicandi læpe. de consecr. d. 4. Symbolum. Ut publice fides multos in vnum connectat. d. 43. sit rector. Omnes illos purget. 15. q. vlt. c. vlt. 24. q. 1. Si Petrus. Superatis omnibus aduersariorum incursionibus. 24. q. 1. non turbatur. Quoniam fides, vt Deus, diligen-

cius custodit ciuitatem, quam is, qui vigi-
lat pro custode eius. 23. q. 8. tributum.

§. 42. Apparet ergo, quam accuranda
sit fidei integritas, omnibus; præ omnibus,
clerico: sine qua Deum non cognoscet.
20. q. 1. quia. nec esse potest vera reip. iusti-
tia, nisi ubi vera animi fides. 24. q. 1. vbi. Cū
sine fide falsa sit virtus, etiam in SS. mori-
bus. 28. q. 1. omnes. Fides enim potest eo
pertingere, quo humana ratio nequit pe-
netrare. 24. q. 1. nō turb. Quæ si fidei dubiū
obiiciat, est Romæ, qui abiiciat. d. 11. palā.
Defendant ergo Christiani omnes fidem.
d. 96. nos. Nemo eius vnitati se interferat.
24. q. 1. aduocauit. Non coactus, sed libens
susceptam ornet. 45. di. de Iudæis. diuina-
tionibus fidē nemo destruat, quisque eam
ædificet, maximè prælati. d. 21. §. 1. fin.

§. 43. Monendum hic illud est, de fide,
etiam humana. Non esse viri mentiri, aut
fidem fallere. 22. q. 2. nequis. Nec esse fidē,
quæ pro crimine adimplendo promitti-
tur. 22. q. 4. si ad. Nec humana illis esse fide
credendum, qui prostituerunt diuinam. 2.
q. 7. non potest. Hosti tamen, quæ legitime
data est, fides seruanda est. 23. q. 1. noli. Di-
co legitime. nā si stulte data, vel vi expres-
sa, non est fides. 22. q. 4. in malis. Sic magis
illudentibus cælo, cælum illudit. 26. q. 5.
nec mirum.

Quar-

Quarta cali porta ad Aquilonem.

Excitanda spes remissionis peccatorum, & salutis.

§. 44. **C**ONSIDER. *Primò*, Quòd Deus ex nihilo nos ad imaginem suã creaverit, non vt damnaret, sed vt saluaret, & gloriã suã participes faceret. Bonum enim est sui communicatum, & summi boni est, summè se communicare.

Secundò, Quòd cum lapsi essemus in peccatum & perditionem, Filium suum miserit, vt natura nostra assumpta pro nobis satisfaceret, nos redimeret, & ex inimicis amicos Dei, & filios, & Regni cælestis hæredes efficeret. Ioan. 3. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Tertiò, Si Deus cum adhuc essemus inimici, nos ita dilexit, vt voluerit pro nobis mortem subire: quanto magis nunc, cum ei seruire & placere cupimus, nos saluare desiderat, cum ad hoc morte non sit amplius opus? *Si enim, inquit Apostolus, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Rom. 5.*

88 *Quarta cali porta ad Aquilonem.*

§. 45. *Quartò, Deum velle omnes homines saluos fieri, 1. Tim. 2. vt expresse Apostolus affirmat. Imo certum est, omnibus hominibus, præsertim fidelibus, ex parte Dei dari auxilium sufficiens, quo salutem consequi possint, si velint cooperari, vt ex Concilio Arausicano can. 25. & ex Tridentino sess. 6. cap. 13. colligitur.*

Quintò, Misericordiam Dei & meritum Christi esse infinites maiora quàm sit grauitas peccatorum totius mundi: omniaq; omnium hominum peccata ad misericordiam Dei, & meritum Christi, esse instar guttæ aquæ ad immensum ignem. Quàm facilè immensus ignis consumit guttam aquæ, tam facilè Dei misericordia & Christi meritum absumerent omnia mūdi peccata, si homines ex parte sua se disponerēt, & de illis dolerent. Vnde etiam si tu tam multa & graua peccata commisisses, quàm omnes simul homines commiserunt; si ex animo doleres quòd diuinam Maiestatem per illa offenderis, & seriò statueres in posterum abstinere; in momento per Christi meritum omni delerentur, & filius Dei, heresque Regni cælestis constitueris.

Sextò, Considerandum quàm innumerabiles, & quàm graues peccatores sint misericordiam & salutem omnibus sæculis conse-

consecuti: quare ne dubites te etiam con-
sequi posse.

Ex his & similibus considerationibus
magnam in me spem salutis excitabo.

§.46. Actum est de FIDE : porta iam
quarta cæli, ad Aquilonem prima, nos in
SIEM intromittit, sine hac est ex sanguis il-
la & ex ucca. *Fidei Sanguis est Spes*, ait S. Cle-
mens Alex. l. i. pædag. c. 6. cum autem spes
expirauerit, perinde ac si sanguis effluxe-
rit, vitalis fidei facultas dissoluitur, inquit.
Qui sanguis desiderio futuri boni iuuen-
scit inter flagella, & quasi virescit. Ierem.
c. 17. quasi lignum transplantatum super a-
quas, non timens æstum. Pontificia autem
iura pie fructuose que hunc vitæ, sanguinẽ;
cælo clauẽ, vt Deologica est, Deo, vt obie-
cto, O. M. semper ac vbique inhiare volũt,
cuius gloriã, hic expectant, istic aspectant.
de cõl. d. 5. ieiuniũ. vbi quilibet, prout ges-
sit in corpore, recipiet in salute. 15. q. 1. fir-
missime. §. ex eo. fin. 23. q. 4. displicet. fin. vt
hic temporaliter, sic ibi perenniter. 22. q. 2.
si quælibet. Stulte igitur, stultus, vt Iu-
dæus; Iudæus vt mercenarius, cum hic a-
git bonum, hic totam exposcit mercedẽ.
pœn. d. 4. §. quanquam alioqui Deum ha-
biturus mercedem. 31. q. 4. dicat. exemplo
Abrahæ, cui merces magna nimis, ille
qui

46 *Quarta cali porta ad Aquilonem.*

qui Est. de consec. d. 5. ieiunium. terrente
Epulone. Luc. 16. qui bona recepit in vita;
mala à vita: mali ducunt dies, in bonis; æ-
ternitatem, in pœnis; quo descendunt in
punctis. Iob. 21, 13. indigni, bono magno.
pœn. d. 3. §. quanquam. §. ex hoc. & seq.

§. 47. Vis concionum tuarum, psal-
modi, orationum, omnium laborum tuo-
rum fructus, ne tibi pereat, ne nocte tota
laborans, capias nihil, gloriam tuam eua-
cuando, Spes tua te sursum vehat. 1. q. 2. Sa-
cerdos. fin. It deorsum, suffocat spiritum,
spes præsentium. d. 49. hinc etenim. ante
med. deorsum autem, non nisi cum neces-
se. 12. q. duo. vt possis, cum citaris, rationem
reddere Deo, de vsu præsentis vitæ. 15. q. 1.
firmissime. cum merendi spatium non fit,
nisi in hac vita. 13. q. 2. in præsentis. Ideo, vt,
ait Seneca, præsentis manum iniice, occu-
pa, ne differ. vt Christus veniens in fine
temporum, traxit finem ad principium, nō
protraxit principium in finem. d. 35. ab ex-
ordio. Hoc omnibus sit commendatum,
clericis commendatissimum. 12. q. 1. cui
portio Deus. p̄stest eis nihilominus præ-
sentium cura exrescere, cum excreuerint
digni honores. d. 100. rationis. benedicit
enim Deus in temporalibus honoribus ac
opibus, vt statu crescente, eleemosynæ
templi-

templique cultus increseat. 16. q. 1. reuer-
rimini. 22. q. 2. si quælibet. exemplo obste-
tricum Ægypti, pie facientium. & 16. qu. 10
decimæ.

§. 48. Iam animi tui impetus, ô pie cle-
rice, vt anchoram spei tuæ dirigas sursum.
Hebr. 6. fin. tutam, firmam, incedentem
ad interiora velaminis, vbi lux indeficiens.
sis? audi canones sacros. Spei oculus, quasi
collyrio sacro, operatione iugi bona ex-
cuiur. d. 49. vers. collyrio. Iuque despe-
ctione, ac animi submissione. ib. versu, al-
buginem. temporalium rerum incuria ac
neglectione. 8. q. 1. in scripturis. 7. q. 1. ad-
uersitas. At enim multo maxime illustra-
tur per iugem contemplationem. d. 88. de-
creuit. vbi hoc demonstrat scala Iacob. ex
Gen. c. 28. vt ex contrario obscuratur SPEI
oculus cura rerum temporalium d. 47. sic-
ut. 2. quæ videns Christum exhorrescit. d.
86 vident. Sic & studium arrogantia, sci-
entiaque præsumptio. d. 49. hinc. Nam cle-
rici, vereque contemplatiui à strepitu mû-
di & pompa quiescere debent. 12. q. 1. duo.
Quod ij facile à se impetrant, qui vera SPEI
quæ est gaudium ante gaudium, nituntur,
quibus animæ vita, est ipse Deus: vti ani-
ma, est vita corporis. nam sicut corpus sine
anima viuere nequit, sic anima sine Deo.
de pe.

42 *Porta quinta celi ad Aquilonem.*

de pœ. d. 1. resuscitatur. & corpus Christi est vita mundi. de conse. d. 2. Christus. & can. in Christo. Hac spe, tanquam galea, freti Christiani, in hac vita, vbi non speratur ab Ecclesia, retributio virtutis aut peccati, vincunt aduersa, vbi tantum quidam gustus diuinorum est bonorum. pœn. d. 3. c. si quando.

Porta quinta celi ad Aquilonem.

FRigidus Aquilo est : caritas ignis est: contraria contrariis securantur. purpura iuxta purpuram diiudicatur, caritas infra vnam imperatricem regina virtutum est.

§. 49. Consideranda hinc Dei in nos caritas, & beneficia plurima maximaque.

Primò, Quòd nos ex nihilo ad imaginẽ & similitudinem suam creauerit, *Gen. 1.* ac proinde capaces beatitudinis suæ, omniumque bonorum suorum fecerit.

Secundò, Quòd cælum & terram, solẽ, lunam, stellas & elementa, & omnem naturam corpoream nostrã causã condiderit, *Gen. 1.* & nostrã causã conseruet, gubernet ac moderet; & omnia nasci & crescere faciat. Et quòd beatissimos illos spiritus ad nostram custodiam, directionem & opem deputauerit. *Hebr. 1.*

Tertiò,

Tertiò, Quòd perditos ab æterna morte & incendiis inferorum sempiternis redemerit, (*Ioan. 3.*) & inimicos in gratiam receperit. *Rom. 5.*

Quartò, Quòd non solum redemerit, sed etiam in filios adoptauerit, & Spiritu sancto donauerit, & cælestis regni hæredes fecerit. *Rom. 8.*

Quintò, Quòd corpus & sanguinem suum nobis in alimentum vitæ æternæ reliquerit. *Ioan. 6.*

Sextò, Considerandum quàm miris modis, quantis laboribus, cruciatibus, nostra natura assumpta, hæc perfecerit: quàm multa indigna & acerba sit passus nostrâ causâ. *Matth. 26. Mar. 14. I. Cor. 11.*

§. 50. *Septimò*, Quòd infinitum meritorum suorum thesaurum nobis in Sacramentis reliquerit, (*Ioan. 5.*) per quem quoties contingeret labi, possemus restitui & reconciliari, & auxilium ad recte viuendum obtinere.

Octauò, Consideranda mihi sunt beneficia, quæ in me peculiariter contulit: vt quòd non fecerit nasci inter Turcas vel hæreticos, neque eo tempore, quo lux Euangelica nondum erat patefacta: sed tempore gratiæ, & inter Christianos, vt in vera Religione & pietate possem institui.

Quòd

44 *Quinta coeli porta est ad Aquilonem.*

Quòd ab innumeris peccatorum & æternæ damnationis periculis eripuerit, quibus alij perierunt: quòd ab hæresi & seductoribus, quibus plenus est mundus, seruauerit: quòd toties peccantem benignè sustinuerit, & in gratiam receperit. Quis vnquam Princeps, quantumuis clemens, subditum septies reum, septies in gratiam recepit. (*Matth. 18.*) At Deus non septies, sed centies & millies peccantes, toties rursus in gratiam recipit, & amicos ac filios, & hæredes efficit.

Nonò denique, Quòd tota Dei cura, cogitatio & molitio circa nos & circa creaturas omnes non aliò tendat, quàm vt nos æternam salutem consequamur.

§. 51. Itaque si Deus, si summa illa Maiestas ita me dilexit, tam multa, tam magna, tam mirabilia in me beneficia contulit, tam indigna & acerba pro me pertulit, tanta benignitate assiduè erga me utitur; (*1. Ioan. 4.*) perpendam quantum ego vicissim illi amorem, quantum obsequium & obedientiam debeam. Sanè etiam si milies pro eius gloria possem sanguinè fundere, & mille annis maximos labores subire, ne millesimam quidem partem vel vnius beneficij possem compensare; quia singula eius beneficia sunt infinitæ æstimationis.

mationis, & infinitum amorem & obsequium à nobis postularent, si præstare possemus. Verum quia id non possumus, statuat firmiter præstare id quod facile possum, & quo diuina bonitas est contenta: nepe omnia eius præcepta omni cura seruare, ita vt potius mortem velim subire, quam aliquod ex illis violare. Deinde totam vitam meam ipsius obsequio addicere, vt omnes meæ cogitationes & actiones ad ipsius gloriam dirigantur.

§. 52. Caritas, vni secunda; cæteris virtutibus regina; princeps in theologicis his tribus, compendium perfectionis est: sine qua Paulus, est Saulus & nihil; cum qua Saulus fit Paulus, euadens in vas à Deo electum: proprie est Beatorum donum. i. q. i. multæ. nihil quærens nisi Christum. de pœ. d. 2. caritas est. Diligere autem & quærere Deum est, illi copulari, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, & mundi fastidium, ex toto & corde, & anima, & fortitudine virium nostrarum. de pœ. d. 2. si quis semel. §. caritas est. Deum plus quam se diligendo, nulli peccati desiderii seruiendo, pro eius gloria propriæ salutis non parcendo, culpæ occasiones declinando, bonis operibus abundando, sæcularia blandimenta contemnendo, &
omnia

46 *Quinta cali porta est ad Aquilonem.*

omnia, quæ humanæ fragilitati sunt difficilia, Dei ope & affectione perficiendo: non mundum, qui contemnendus est; non corpus proprium, quod frenandū est; non proximos, minus nobis; non Deum haud plus nobis ipsis, prosequendo. *ibid.* Hæc enim vera sanctificatio est, quæ à S. Spiritu in caritate est. d. 75. ordinationes, cuius inuisibilis vnctio est Dei amor, radicans hominis salutem, non arescens, sed crescens solis ardoribus. de pœ. d. 2. vnctio. & can. caritas, est recta voluntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter; ab eo est, ad eum refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, nulli vitio obnoxia, affectionum omnium potentissima, diuinæ contēplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cælestium præceptorū, causa meritorum, præmium perfectorum, sine qua nullus placuit Deo. En anime mi, hæc virtutum forma est, & istiusmodi est, sine qua nihil es, Dei hostis es. (NB.) Deum immortalem. Quam ergo multi per orbem hostes sunt Dei. Nec solum SS. Canones ita tradunt l. c. sed & SS. Scripturæ passim, SS. PP. S. Prosper. l. 3. de vita contem. c. 13. 5.

§. 53. Effectus charitatis multi & magnifici sunt: fructus arborem referūt. Fructuosa charitas in pœnitentibus est, læta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus: ex qua, quidquid est boni operis, vivit. Est via, teste S. Paulo 1. Cor. 13. excellentior: ad patriam per se ducens ambulantes: sine qua nullus peruenit, quo tendit, ad Deum. de pœ. d. 2. c. caritas. HUIUS BENEFICIO, plus placet Deo animus offerentis, quam munus oblationis. 3. q. 7. in graubus. 24. q. 1. odi. orationesque fusæ flectunt Deum. de conse. d. 5. non mediocriter. licet fusæ sint cum barbaris dictionum, ac solæcismis. d. 38. sedulo. carnalisque consanguineorum amor temperatur. 12. q. 1. cui. Imo participat Christianus omnia Ecclesiæ bona. de consec. d. 4. Ecclesiæ caritas. contemnitque bona temporalia, nihil quærens extra Christum. 12. q. 1. clericis. c. cui. ideo nec repetit bona vitæ huius cum fuerint ablata. 13. q. 1. totâ. 11. q. 1. te quidē. Quid quærat bona externa? nec ipsam curat vitam, cum hinc à Domino excitur. 13. q. vlt. quâ præposterum. iustitia illi virtus efficitur. 24. q. 1. vbi sana. nihilque desiderans perfectior est illo, qui multa possidet, sed auare dispensa-

48 *Quinta cali porta est ad Aquilonem.*
dispensat. 1. q. 2. Siquis. facit, cum quid fa-
cit, quia amore non timore. 22. q. 5. ad fidē.
32. q. 5. sicut. d. 86. non satis. de consec. d. 5.
quidquid. quid timeat, cuius operata est
multitudo peccatorum? quod facit caritas.
L. q. 1. c. multæ. contra si caritas à te desera-
tur, proditur à te, nouo Iuda, Christus. 11.
q. 3. abiit. maledicitque Deus benedictio-
nibus tuis. 1. q. 1. maledicam. Mach. 2. 2.
Hæc, hæc virtutum est anima, sine qua vir-
tutes moriuntur, salus desperatur, vti & a-
nima Iudæ. NB.

§. 54. Præcepta caritatis duo sunt, Dei
atque proximi; in quibus tota lex & Pro-
phetæ consistunt. 8. q. 1. in scripturis. ante
fin. Exposui vobis, DD. mei, sodales eccle-
siastici, ea obiter, quæ potissima sunt de di-
lectione Dei: iam videndum nobis, quæ
qualisque sit dilectio proximi: de qua Ca-
nones SS. sic respondent (proximus noster
est, quisquis æternæ nobiscum salutis par-
ticeps effici potest) esse, eum diligere tunc,
si non propter aliquas utilitates nostras, nō
propter sperata beneficia, vel accepta, non
propter cogitationes: sed propter hoc tan-
tum, quod sit naturæ particeps, & ita pro-
pter Deum diligamus. Proinde sicut nos,
proximum omnem diligimus, quando ad
mores bonos, & æternam vitam conse-
quē-

quendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus: & sicut nobis subueniri optamus, ita eis pro viribus subuenimus: aut si facultas defuerit, voluntatem subueniendi tenemus. Quapropter hæc est tota proximi dilectio, vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malū, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero, plus quā se, diligunt Deum, qui pro eius amore suæ ad tempus saluti non parcunt, patriæ suæ extorres fieri, parentibus, amicis, (NB.) facultatibus renunciare parati sunt: ambientes à corporis sui vita magis, quam à DEO, VITA VITÆ SVÆ discedere. Ita de pœ. c. caritas. ad verbum. 23. q. 4. debet. & Can. non potest. vbi can. quid crudele. additur, non esse signum veræ dilectionis, cum proximi peccatum dimittitur impunitum.

§. 55. Nam nec omnis, qui parcit amico amicus est: nec omnis, qui verberat, inimicus est. §. q. 5. non omnis. & 23. q. 4. quid faciet. Sic enim debemus affici ad proximos nostros, vt omnes velius saluos fieri. 24. q. 3. corripiantur. Vnde amor proximi habet & plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amarissime inferuntur. §. q. 5. non osculatur. 23. q. 1. paratus. & q. 5. non putes.

C

quippe

50 *Quinta caliporta est ad Aquilonem.*

quippe ferro necesse est, excindi vulnera,
quæ fomentum non sentiunt medicinã.
d. 82. quia. nã non corripere malos, sed fo-
uere, est eos occidere. 23. q. 5. qui vitiis. d.
45. non putes. falsa que vtitur misericordia
ac perniciofa. d. 50. si quis.

§. 56. Correctio tamen fiat oportet,
prout cuique ex gradu suo & salua Eccle-
siæ pace conuenit. 23. q. 4. ecce. cum quis-
que. quidam. sicut ipsa. & animo medendi,
non sæuendi. d. 86. odio. 23. q. 4. ita plane,
ex caritate. non ex furore. 12. q. 2. fraterni-
tas. Secundum diuersitatem culparum. 24.
q. 3. corripiantur. Miscenda igitur repre-
hensio benignitate & asperitate. d. 45. di-
sciplina. & can. sunt namque. & hoc ideo,
quia non frustra duo coniunguntur, *homo*
peccator: quia peccator est, obiurga; quia
homo est, miserere. 23. q. 4. duo. Genera-
tim etiam præcipiẽdo, plus decet esse mã.
suetudinis in reprehensione præuaricato-
ris, quam rigoris. d. 45. qui sincera. & c. li-
cet. quando quidem asperitas nimix incre-
pationis, nec correctionem recipit, nec sa-
lutem. d. 45. cõm beatus. leniter autem re-
prehensus reuerentiam exhibet castigãti.
Dei est corrigere principaliter, tamen &
prælati. 23. q. 4. sicut non est. Senior tamen
a subditis nõ est increpãdus. 2. q. 2. Paulus.

Sexto

Sexta cali porta est, ad Aquilonem.

Excitata ex contritione de peccatis.

§. 57. **C**ONTRITIO duo postulat; nempe dolorem de peccatis, quòd diuinam Maiestatem offenderimus; & propositum serium emendationis, vt ei placeamus. (Concil. Trisient. Sess. 14. c. 4.) Itaque considerata hic sunt beneficia diuina in nos collata, & nostra vicissim in Deum ingratitude.

Beneficia considerari poterunt modo supra declarato. Sed in primis expendendus est admirabilis ille amor, (Ioan. 3.) quo me ita dilexit, vt naturam meam assumere, & in ea tantos labores & dolores sustinere, tam acerba & indigna perpeti voluerit, idque eo tantum fine, vt me à peccatis & morte æterna liberaret, Dei que filium, & regni hæredem constitueret. Hæc vbi benè perpenfa fuerint, considerandum è contrario, quàm parum tanto amoris tantisque beneficiis responderim.

1. Quòd gratias ei, vt par est, non egerim.

2. Quòd rarò de eius in me amore & immensis beneficiis cogitauerim, quod magnæ ingritudinis est signum.

C

2

3. Quòd

3. Quòd eius amorem & amicitiam, omnia eius beneficia, omnia promissa, omnes labores, sanguinem, passionem, & crucem nihili penderim, contempserim, & proculcarim, malens pro re caduca & vilissima adhærere eius hosti, quàm ipsi; sequi consilia hostis, quàm parere illius mandatis: quod infinitæ ingratitude & amentia est.

4. Quòd non solum amorem eius & beneficia nihili fecerim & contempserim, sed etiam eius Maiestatem plurimis modis grauissimè offenderim, & innumera illi mala pro infinitis bonis in me collatis rependerim.

5. Denique quòd nullus vnquam hominum tam ingratus extiterit suo Regi & benefactori, quàm ego ingratus extiti meo Conditori & Redemptori.

Quibus omnibus ante oculos positis, & probè ponderatis, suffundar pudore, & excitabo in me maximum dolorem propter tantam ingratitude, & iniuriam in tantam Maiestatem & benefactorem. Deinde proponam seriam vitæ emendationem, peccata mea confiteri, pœnitentiã agere, omnia eius præcepta accuratè seruare, & omnes meas cogitationes, studia, conatus, vitamque totam eius obsequio & gloriæ impendere.

NOT. §. 59. CONTRITIO significationē
habet variā. i. q. 4. Ecclesiæ. §. item David.
dicitur. In lata gente est gloria regis: in di-
minutione plebis est contritio principis,
id est, debilitatio. Hic contritio significat
dolorē peccati, vt in Deum commissi:
qui est quædam satisfactio à Deo paterne
acceptata, cum læsa sit iustitia diuina pec-
cato, tanquam voluntate consequendi vel
retinendi, quod alienum est. 15. q. 1. §. 1.
Quæ hæc mortalia peccata sint, habetur.
d. 25. vnum orarium. Quæ ita Deum offen-
dunt, vt sæpe peccatum vnus multi luere
cogantur. 25. q. 1. non turbatur. Ac si assidue
frequentetur, nō semper miserationē
inueniant diuinam. d. 93. Diaconi. Imo qui
vno peccato mortali Deum offendit, sic
vita priuatur æterna, ac si omnium esset
reus. de pœn. d. 5. fratres. vnde maxima
prouisione animi est vtendum in occasio-
nibus peccandi. 41. d. sæpe. aut sicubi pec-
catur, vt inter duo, leuius delictum admit-
tatur. d. 96. duo. & seq. can. vera ergo con-
tritio requiritur ex toto corde, quantum-
cunque adsunt alia, nisi in sacramento cō-
fessionis. de pœn. d. 1. §. è contrario. Si enim
confessio non contemnatur, cōtritio pec-
cata remittit, donec confiteri possis. pœn.
d. 1. mensuram. dolor enim lachrymæ que

54 *Sexta cali porta est, ad Aquilonem.*

extinguunt incendia gehennæ. ib. c. porro. Sed oportet sit dolor animi omnia sua peccata detestantis, quia Deus partē mortalium pecc. solam remittere non nouit. ib. d. 3. sceleratior.

§. 60. Sit & confessionis propositum, ib. d. 1. voluissent. in qua obtinetur absolutio, si clavis non erret. II. q. 3. tunc vera. licet Sacerdos absoluens sit malus, sed toleratus. I. q. 1. ita fit. in ea absoluendus flectet sacramento genua. 26. q. 7. Sacerdos. ad confitendum & honorandum Dominū: quia quanta est vita, confiteri Christum, tanta est mors, negare. II. q. 3. non solum. In hac confessione peccatorum tam necessaria ad salutem. pœn. d. 1. totā. vt taciturnitas datur crimini, sic pœnitenti negatur ob eam venia. ib. §. taciturnitas. nec permittitur verecundiæ, vt p. m. confessionem diuidat, diuersis diuersa aperiendo. l. c. fin. d. 5. cautus. Erubescat pœnitens: erubescencia, pro parte satisfactionis est. l. c. quem pœnitet. Sacerdos, licet contritus, ne celebret, quia indigne, nisi fuerit confessus si possit: alioqui idololatriæ par reputabitur. d. 32. præter hoc. confiteatur exemplo Dauidis antiquo. de pœn. d. 3. c. ille rex tantus matura confessione &c. qui post peccata, recuperauit Spiritum S. per pœniten-

nitentiam. d. 50. si post. Sed confitens quæ-
rat sacerdotem scientē ligare & soluere.
pœn. d. 6. qui vult. maxime his temporibus
nostris, cum non solum corpora, sed & me-
rita in hominibus, defecerunt. d. 34. frater-
nitas. melior est in male factis, humilis cō-
fessio, quam in bonis superbia gloriatio.
11. q. 3. iniustum. d. 83. nihil. 6. q. 1. sunt plu-
rimi. Qui aliter agunt, mali sunt; & eius-
modi tolerantur vel propter temporū in-
iuriam aut necessitatem, vel propter utili-
tatem. 1. q. 6. requiretis. 24. q. 1. pudenda.
fin. contritione vehementi igitur, mi D,
Clerice, confessione que frequenti, te Deo
& altari adorna. Cum gaudio enim debet
facere immortalis futurus, quæ faceret
(NB.) pro differenda morte, immortalis
futurus. Semper deprecetur Deum, certus
de venia; quia omnibus modis, & sine tæ-
dio, dubius, rogatet potestatem terrenam.
Abstineat à multis licitis, qui per liberta-
tem arbitrij commisit illicita. Ita S. Aug.
de pœn. d. 5. can. consideret. lacrymæ do-
lorum, vinum angelorum.

Septima cali porta est Australis. Ap. 21. 12.

Fundata ex humilitatis affectu.

§. 61. **C**ONSIDERA corporis tui condi-
tionem, quàm vile, quàm fragile,

C 4 . quàm

luteum, quot morbis & doloribus obnoxium, quot frustulis compactum, quantis sordib. instar latrinarum oppletur. (Iob 14.) Denique ubi anima recesserit, nihil humano corpore foedius, nihil horribilius.

2. CONSIDERA Conditionem animæ, quæ statim ut corpori inseritur, peccato inquinatur, & diaboli serua efficitur. (Iob 14. Ephes. 2.) Cuius intellectus ad ea quæ sunt salutis, per se est cæcus; ad res naturales adeo debilis & obscurus, ut nullam earum perfecte cognoscere possit. Et quamuis mille annis ad hoc incumberet, ne centesimam quidem partem latentis in ea veritatis assequeretur. Cuius memoria angusta, infida, labilis, confusa: cuius voluntas à celestibus auersa, ad terrena inclinata, corporis voluptatibus dedita, denique ad omne malum propensa, ad omne bonum languida: & ita fragilis, ut minima occasione millies labatur. Tanta quoque est debilitas harum trium facultatum, ut modico vapore vel humore cerebri possit earum usus impediri, vel planè perverti; ut in amentibus, phreneticis, maniacis, ebriis cernimus.

§. 62. 3. CONSIDERA quot quantisque peccatis sis vel fueris obnoxius: quorum quodlibet te fecit inimicum Dei, mancipium

prium diaboli, & hæredem inferni, denique omnibus suppliciis & contumeliis dignissimum. (*Rom. 2.*) Itaque cogita te coram Deo & Angelis sanctis dignum, quem nemo amet, nemo honoret, nemo iuuet, aut humaniter tractet : sed quem omnes contemnat, conspuant, exterminent, & omnibus contumeliis afficiant : imò contra quem omnis creatura insurgat, iniuriam sui Conditoris vindicatura.

Hæc omnia meretur omnis qui mortifero peccato se contaminat, & insuper æternum ignem, & æternam ignominiam. *Cogita*, nihil posse esse vel cogitari vilius, ignobilius, contemptibilius, magisque dignum omni contemptu, dedecore, probro, supplicio, quàm sit peccator.

4. CONSIDERA te ex te nihil boni habere, sed omne bonum quod in te est, siue naturale siue supernaturale, esse Dei, & ex Deo : & idcirco ob illa bona non tibi, sed Deo gloriam, laudem & honorem deberi. *2. Cor. 4.*

§. 63. 5. CONSIDERA quanta vanitas sit, extollere se ratione formæ corporis, quæ & res infima est, & instar floris marcescit : (*Eccl. 1.*) vel ratione roboris, quod in tauris & equis longè maius : vel ratione opum, quæ fluxæ, infimæ, extra nos ; terra

nempe rubra & candida: vel ratione nobilitatis, quæ in hominum apprehensione consistit, nec quidquam boni in homine ponit; nec apud Deum & Angelos eius æstimatur, & peccato penitus obruitur, omniq; ignominia digna efficitur: vel ratione potestatis Regiæ, quæ nihil boni in homine statuit, (*Sap. 6.*) sed infinitas curas & molestias secum trahit, magisque onerat quàm ornat; præsertim cum obnoxium reddendæ rationi apud supremum Iudicem de subditorum factis, & innumeris negotiis cõstituat: vel de sapientia, quæ in mortalibus adeò exigua; in dæmonibus millecuplo maior; vel de perfectione virtutis, cum simus adeò imperfecti in omni virtutum officio, & adeò fragiles, ut vel sponte nostra, vel minimo tentationis impulsu sæpè labamur.

§. 64. Quibus omnibus benè perpensis, statues tecum.

Primò, Ut in posterum te non magni pendas, nec magnis honoribus dignum ducas, sed agnoscas vilitatem & indignitatem tuam.

Secundò, Ut non appetas videri & magni æstimari ab hominibus.

Tertiò, Ut si aliquod dedecus obuenerit, aliqua ignominia irrogata fuerit, accipias
id de

id de manu Domini peccata tua castigantis, & cogites te multo maiore ignominia & infamia dignum, vt qui toties æternam extremamque ignominiam & afflictionem merueris.

Quartò, Vt optes ipse contumeliam pati, tum quia propter peccata tua dignus es, tum quia Dominus tua causa contumelias maximas sustinuit, cui te conuenit assimilari, si aliquando cum illo cupis regnare. Si enim compatimur, & conglorificabimur. Rom. 8.

Quintò, Vt semper in me considerem meas imperfectiones, & qualis sim ex me; in proximis verò ea quæ sunt perfectionis, & quales sint ex Deo: vt hac ratione in animo meo me omnibus postponam, & deteriorem æstimem, & omnes me præstantiores ducam. Hoc modo S. Franciscus censebat se omnibus mortalibus peiorem.

Not. §. 65. S. Aug. Diosco. scribens vrget maxime maximam humilitatem, eamque statuit Christianæ totius pietatis fundamentum primum, secundum, & tertium. S. Bern. ait esse Christi virtutem, absque qua B. Virgo etiam non potuisset Deo probari, vt ancilla; non eligi, vt mater: sed reijci, vt hostis. Discendum ergo à Christo D. vt simus humiles atque mites, idque ex corde.

corde. quoniam quæ animi modestia non est ex corde, ficta est, superbix mista est. 8. q. 1. in scripturis. Ideo neophyti, & integræ humilitatis ignari, Ecclesix graves sunt, ad regimen inepti. d. 61. statuimus. & §. 1. nec præesse possunt nobis, qui cum culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus. d. 22. de Constantinopolitana. Hæc virtus contritioni coheret, vt pœnitentiæ fundamentum. de pœ. d. 2. c. 1.

§. 66. Voluntas igitur, quæ virtutis virtutisque radix est. d. 56. nasci. 7. q. 1. sciendū. 15. q. 1. initio. cogat superbam ceruicē sub hoc suaue Domini iugum, ea enim est motus animi, ad aliquid vel imitandum, vel non imitandum, vel adipiscendum. 15. q. 1. §. 1. adeo vt nemo teneatur peccato, nisi vitio voluntatis. ib. non est. cum peccatum omne tam sit voluntarium, vt si voluntarium non sit, peccatum non sit. ib. §. 3. & can. merito. c. illa. vbi can. non est. docetur, sicut à Domino Christo electum est seruitium voluntarium, in virtutem: ita & à diabolo, in peccatum. Ideo opus bonum non valet, nisi ex bona voluntate. d. 86. nō satis. 20. q. 1. totā. quam lex humana non requirit, sed opus duntaxat imperat. 15. q. 1. si quis non reputatur à Deo pro opere, cum deest

deest facultas. de pœ. d. 1. §. si mulier. nec consummatur iustitia, nisi ex voluntate iusta. 32. q. 5. sicut enim. sed reputatur à Deo iniquitas. 22. q. 5. peierare. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. 5. si Paulus. qui Canon reuocat nobis in mentem illud Domini. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est eam, in corde suo. nam mala voluntas pro facto est, vt & bona: quare siquid propter bonum, præter voluntatem, fiat male, non imputabitur. 23. q. 5. de occidendis.

§. 67. Cum igitur Ecclesia militans, inter cælos inferosque sita, vtrorumque succenturiarit sibi ciues. 23. q. 4. hæc autem. 32. q. 4. recurat. diuersissimi ingenij, consensio, nisi in humilitate, esse nunquam poterit (quia inter superbos semper sunt iurgia) quæ vilioribus exercitiis pascitur, ministeriis indignioribus roboratur. de pœ. d. 2. §. 1. talis erat Apostolorum vita, concordissima, quia subiectissima; communis & vnita. æqualitas, mater pacis, in pluribus anima vna in Deo. 11. q. 1. dilectissimi. representans Dei similitudinem in nobis: vt sicut à Deo vno omnes creati sumus, ab homine vno propagati, ita ab vna voluntate pacati multi. 33. q. vlt. hæc imago. & c. vlt.

§.68. Quod & cernitur in Ecclesiæ Dei consensione, ex eorundem vbique Sacramentorum communione, de consec. d.4. est vnitas, quæ ideo vna columba & sponsa, vnum est corpus, 24. q. 1. loquitur. ex membrorum ad caput connexionem. ibid. schisma. & ipsorum filiorum multo plurimorum, per vnum amoris mutui nexum colligationem. ib. Quod totum oritur ex sancta Ecclesiæ humilitate, quæ virtus est Christi omnes connectens. Nec enim possunt duo vel tres in vnum colligi, si a Christo seiuncti sint. ib. alienus. quia solius est Ecclesiæ Christi, humilis conspiratio. 1. q. 1. multæ. extra eius arenam, non peccatorum est remissio. ib. remissionem. 24. q. 1. quicumque. non miraculorum patratio, quæ tantum humilium est. ib. tendamus. non Christi conuiuium, quod in vinculo pacis fidelium est. 23. q. 4. ipsa pietas. non sacramentorum perceptio. 7. q. 1. scire. non veri martyrii tolerantia. d. 90. neque ad. Et hoc idcirco, quia non multitudo operantium, sed consociatio bonorum placet Deo. 24. q. 1. alienus. hostis est, profanus est, qui hoc non studet. 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. alienus.

§.69. Vnctio S. Spiritus hoc docet humiles. de pœ. d. 2. quærendum. vnde ad interioris testificationem, fit Christianæ debilita-

bilita-

bilitati vnctio exterior, postulatam humilibus indicans robur, batizandis, in pectore. d. 11. Ecclesiasticarum. batizatis, in capite. de consec. d. 4. postquam. confirmatis, in fronte. d. 85. presbyteros. morientibus, in membris. ib. c. illud. regibus, in brachio. 2. q. 7. plerumque. Sacerdotibus, in digitis. d. 25. præterea. 16. q. 1. generaliter. Pontifici, in manibus & capite. d. 23. Episcopus. vt Episcopus ac Sacerdos suæ semper, propter quam vnctus est, infirmitatis humiliter memor, conseruet interius Dei robur. 8. q. 1. licet. commendatissima idcirco in Prælatiis est humilitas ac presbyteris. d. 99. ecce. d. 100. contra morem. quibus tamen ita nemo debet subijci humiliter, vt cogatur vitia illorum venerari. 2. q. 7. admonendi. nemo ita humiliari, vt velit in confessione mentiri. 22. q. 2. cum humilitatis. Docetur vera hæc Christi virtus institutione. d. 38. sedulo. Pulcherrima est, cum ei virginitas coniugitur. d. 30. hæc autem. S. Bern. rara virtus, humilitas honorata.

Porta cali octaua ad Austrum.

Ædificata ex fortitudinis patientia.

§. 70. **C**ONSIDERANDVM exemplū Domini nostri, quem Deus Pater, vt daret

daret nobis patientiæ & humilitatis exemplum, crucem sumere, & crucem subire voluit Cogita, si ipse Dei Filius tam multa acerba, indigna, & ignominiosa tuæ salutis causa perpeffus est; quid tu pro tua salute perferre non debeas. *Si Christum oportebat nostra causa pati, & ita intrare in gloriam suam: Luc. 24. cur nos quoque non patiamur, si in eandem gloriam intrare volumus?*

§. 71. 2. CONSIDERA exempla Sanctorum. Nullus enim est qui multa & grauia non sit perpeffus: (*Hebr. 11.*) plurimi enim sustinuerunt carceres, exilia, bonorum direptionem, seruitutem, damnationem in metalla, famem, sitim, nuditatem, morbos; plurimi etiam fideulas, catastas, flagella, scorpiones, vngulas ferreas, candentes laminas, craticulas, sartagine, lentos ignes, iactus lapidum, laniatus ferarum, distractiones membrorum, & mille alia tormentorum genera tolerarunt: ad quæ, omnia, quæ nos patimur, ludus sunt & iocus. Perpende etiam labores & austeritatem vitæ, plurimorum Monachorum & Eremitarum, vt Pauli, Antonij, Hilarionis, Hieronymi, Simeonis Stylitæ, Danielis Stylitæ, Benedicti, Dominici Loricati, Romualdi, Bernardi, Guilielmi, Brunonis, Domini,

nici, Francisci Assisij, Francisci à Paula, Francisci Xauerij, & aliorum innumera-
bilibus. Omnibus infixum animo mane-
bat illud Apostoli, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Act. 14.

§. 72. 3. **PERPENDE** illam Apostoli sen-
tentiam: *Non sunt condigna passiones huius
temporis ad futuram gloriam quæ reuelabi-
tur in nobis.* Rom. 8. Etiam si mille annis
pro vita æterna nobis esset laborandum, &
omnia Martyrum tormenta sustinenda,
hoc totum ad illam gloriam, & ad illa sem-
piterna gaudia perinde esset, ac si quis pro
Monarchia orbis obtinenda offerret vnũ
quadrantem, vel modicum vnus horæ la-
borem. Imò illud esset longè minus; quia
temporanei laboris ad æternam merce-
dem nulla est proportio.

§. 73. 4. **CONSIDERA** quantas utilitates
afflictio secum adferat.

Primò, Satisfacit pro peccatis, seu pœ-
nis grauiissimis, quæ peccatis debentur, &
igne purgatorio essent lauandæ. (Concil.
Trident. sess. 14. cap. 9.) Modica paucorum
dierum tribulatio patiente tolerata, sæpè
est tanti apud Deum, quanti perpassio i-
gnis purgatorij multorum annorum.

Secundò, Purgat animam à peccatorum
sordibus, nempe à maculis & affectibus

pecca-

peccatorum. Sicut enim aurum purgatur igne, & probatissimum redditur: ita iustus in camino tribulationis. Tribulatio enim mentem excitat, vt ad Deum confugiat, & ab eo opem flagitet: quam vt impetret, dolet de peccatis, ob quæ plerumque afflictiones immittuntur, proponit vitæ emendationem, deserit pristinas nugas, & serio se ad Deum conuertit. Deniq; sensim cognoscit vanitatem huius mundi, & incipit suspirare ad cælestia. Contrà prosperitas facit nos obliuisci Dei & rerum cælestium, & plurimis peccatis inuoluit; iuxta illud Moyfis Deuteron. 32. *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.*

§. 74. Tertio, Tribulatio probat hominem, tum quia ostendit qualis sit, tum quia dat occasionem perfectæ virtutis. Si enim in afflictione constitutus perseueres firmus in obsequio Dei, omnia patienter de manu eius accipiens; signum est te solida virtute præditum, & perfectum esse Christianum. Hoc sensu Iacobi i. dicitur: *Patientia opus perfectum habet.* Si verò fueris impatiens, proximis mala imprecando, contra Deum murmurando, viam iustitiæ deserendo, voluptatibus & vitiis te addicendo,

do,

do, ad hæreticorum & atheorum castra transeundo; signum est te antea quoque parum in virtute solidum extitisse. Hoc sensu dicitur Prouerb. 17. *Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda probat Dominus.*

§. 75. *Quartò*, Facit nos Christo similes, qui in hac vita maximas omnis generis afflictiones sustinuit. Quòd si Christo similes quoque erimus in gloria. *Si compatimur, & conregnabimus.* Rom. 8. *Si Christi passionibus communicauerimus, in reuelatione gloria eius gaudebimus exultantes.* I. Pet. 4. Etsi tribulatio per se non sit amabilis, tamen quia nos configurat & similes facit Christo, valdè amabilis redditur, præsertim accedente tanto fructu.

Quintò, Facit hominem beatum in hac vita propter certissimam spem vitæ æternæ. Vnde Iacobus Apostolus ait: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes (id est, tribulationes) incideritis.* Iac. 1. Et infra: *Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.*

§. 76. 5. CONSIDERA illam sententiam Apostoli: *Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum*

dum in sublimitate æternam gloria pondus operatur in nobis. 2. Cor. 4. Expende singulas antitheses. Tribulatio est momētanea, sed gloria qua compensatur est æterna: tribulatio est leuis, sed gloriæ pondus immensum: tribulatio in terris, sed gloria in sublimitate inter Angelos. Quis non amplectatur amariusculam portionem, quæ æternam confert sanitatem & vigorem?

§. 77. 6. CONSIDERA, non posse tibi tot obuenire afflictiones vel hominū malignitate, vel alia ratione, quin mille cuplo amplius merearis. Cū enim vel vnicum peccatum mortiferum mereatur pœnam ignis sempiternam; multo magis meretur omnes huius vitæ afflictiones. Quòd si puter te nunquam mortiferè peccasse (quam id non facilè sibi quis persuadere debeat) scias tamen quotidiana peccata huiusmodi afflictiones, & longè maiores mereri. Itaque quidquid tibi acciderit calamitatum, accipe de manu Domini cum gratiarum actione; & cogita te longè maiora promeritum, ac proinde benigne & clementer tecum agi, vt leui & breui afflictione redimas æternam.

§. 78. 7. CONSIDERA, tribulationem esse signum diuini amoris. Quia enim te Deus amat, vult te hinc purgare & expo-
lire.

Christianitatis thorax impenetrabilis. 59
lire, & tanquam lapidem viuum aptare su-
perna: ciuitati. *Quem enim diligit Domi-
nus castigat: flagellat autem omnem filium
quem suscipit.* Prou. 3. Inimicos verò suos,
qui æterno reseruantur igni, permittit hinc
prosperis rebus vti & abuti. *Hebr. 12.*

§. 79. 8. CONSIDERA, si impatiens fue-
ris, te omnem fructum quem ex tribula-
tione capere poteras, perdere; & sensum
mali per impatientiam non mitigari, sed
exasperari: per patientiam verò non solū
mitigari, sed tantam sæpè consolationem
infundi, vt malum vix sentiatur, vel etiam
penitus obruatur.

His perpensis, statue tecum omnia quæ
tibi acciderint, accipere de manu Domini,
cogitando mille cuplo plura & grauiora te
promeritum. Secundò statues, non solū
illa patienter, sed etiam cum gaudio fer-
re, cum tanta bona per tribulationem tibi
sint obuentura.

NOT. §. 80. *Patiētia merito sublimis Phi-
losophia* vocatur à Christianis. nā Dei præ-
cipuos, & amicos impetit, & filios flagel-
lat, vt merito dicat S. Augustinus, si necdū
cœpisti pati, necdum cœpisti esse Christia-
nus. *Ea est clericorum vestis: Christianorum
gladius.* At enim vt ex spinis, rosa; vt ex acu-
leo, mel; vt ex aspide, antidotus, sic ex car-
salus.

salus. *In patientia possidebis animam.* Lu. 11.
 S. Paulus prostratus est, vt cæcicaretur: cæcatus,
 vt mutaretur; mutatus, vt mitteretur;
 missus, vt qualia in errore patrarat, talia
 pro veritate pateretur. 23. q. 4. displicet.
 Qui propter incentiua vitiorum, corpus
 suum vigiliis, orationibus, flagellis & ca-
 stigationibus, in seruitutem redegit. 32. q.
 5. si Paulus. Ita Apostolus approbat id, qui
 docetur. 7. q. 1. aduersitas. Calamitatem nō
 esse signum reprobationis, sed exercitium
 virtutis. Nam pie aduersatur, qui corripit
 vitiosum. 23. q. 5. can. 1. med. vtiliterque la-
 troni præcidit membra, qui ipsum hoc re-
 trahit à malo. ib. q. 3. si quis fortitudinem.
 redderet enim malo malum antichristia-
 ne, qui inimicum suum ad præcipitium
 euntem non reuocaret à via. ib. q. 4. quid
 faciet. Hoc Dei monito, veterumq; exem-
 plo, semper fuit pœna crimini, ex tempo-
 re legis, quæ sceleris interdictum est. 32. q.
 4. dixit Sara. tria solum sunt hominum ge-
 nera, quibus vindicta differtur, diuino re-
 seruata iudicio. 23. q. 4. cum in lege. §. his
 ita. nimirum, cum desunt tibi vires, vel ab-
 est auctoritas, vel deficit probatio. Cætero-
 qui in quo quis peccat, in eodem & puniē-
 dus est. d. 94. si quis. cum sit culpa, non pu-
 nire culpam. d. 28. quia sunt. Est enim offi-
 cium

cium innocentis, non solum suam cauete culpam, sed & punire alienam. 33. q. 5. non est innocentia.

§. 81. Hinc nemini fas est, mirari afflictiones bonorum, prosperitatem malorum (contra Psal. 72.) quia afflictio, est bonis testificatio salutis; prosperitas, est malis testificatio (NB.) reprobationis. de pœn. d. 3. si quando. vbi can. sunt plures. distinguitur castigatio Dei in temporalem ac æternam. Temporalis, duplex est; vitæ & purgatorij. d. 25. qui in. quæ hujus est vitæ, est vel à Deo, vel ab homine. d. 45. sed illud. in eâ Dei, qua temporaliter conterimur, nihil est, nisi qui fingimus, mali. 15. q. 1. illa. sic ægritudo, paupertas, mors, bellum (vt nec stoicis) mala sunt piis. Mitis ergo Deus est, cum hic castigat, vt postea parcat. 23. q. 5. quid ergo. de pœn. d. 3. sunt plures. §. autoritas. aut cum castigat subito, licet grauitur, refecturus carbunculum. d. 19. Anastasius. Etiam cum hanc ad rei posteros transfert vindictam. de pœn. d. 3. illud. §. ecce. vbi laudatur, sic esse pactum & factum cum Achab. vel cum. plectit multos propter vnum. d. 45. sed illud. d. 46. si gens. 23. q. 4. si ea. 24. q. 1. non turbatur. vel eum plectit paucos, vt multitudo ad pœnitentiam compellatur. 23. q. 4. Guilifarius

rius. pluribus ille, & sæpe occultis, semper autem iustis de causis temporaliter flagellat, quos amat, filios. de pœn. d. 3. sunt plures. §. autoritas. at non nisi in meritum eorundem: tum etiam ne multiplicentur filij iniquitatis. 23. q. 4. est iniusta. acerbe aliquando, in tempus, ne in æternum. 23. q. 5. quid ergo. Illi, dumtaxat in æternum, qui cum Pharaone, flagellati vsq; destituuntur, multum castigati, parum emendati. de pœn. d. 3. l. c. non vero *bis in idipsum*, si non & *bis ad eundem*, immo semper. ib. frequenter & immeritos, in hac punit vita, propter alios. d. 42. §. 1. sic iustum pro iniusto, Petrum pro Iuda. 24. q. 1. non turbatur. & iniustum, propter iustum: leprâ Mariâ propter Moysen. 2. q. 7. plerunque. §. hoc etiâ.

§. 82. In punitioe, multa sunt consideranda: *dignitas* reorum, vt cum per eius subtractionem puniuntur. d. 50. contumaces. 2. q. 8. quisquis. *diuitia* domus, *nobilitas* generis, vt potius are, quam pelle, luant. 24. q. 1. qui contra (cuiusmodi, ex vi Legû, non debent tormentis examinari) *paupertas*, vt potius Pœnâ, quam crumena. ib. *Ordo*, vt moderate; alioqui iudex incurreret excommunic. d. 45. cum beatus. *religio*; quia regulares aliter luunt, quam ceteri. 18. q. 2. quidam monachorum. Denique *iudicij debilitas*;

bilitas; quia huiusmodi excessus non impu-
tantur ad poenam. 15. q. 1. si quis insanens.
Ecclesiastica poena dignitatibus priuat. 16.
q. 6. si Episcopum. in monasteria detrudat.
ib. de lapsis. carceri vel exilio deputat. 17.
q. 4. attendendum. pecunia aut peculio
multat. ib. si quis contumax. corporaliter
flagellat. 23. q. 5. can. 1. med. 32. q. 1. de bene-
dicto. excommunicat. 12. q. 4. si quis deinceps.
Quæ cum ab Ecclesia Dei manda-
ta sint, Prælati grauius offendet, si im-
punem aut immunem toleret culpam. 23.
q. 4. si is qui. (nam qui tolerat vitium, inui-
tat exitium) ob quam, aliasque causas, Dia-
bolus prælatos, vitio subditorum infestat:
vt capite languente membra fatiscant. 6.
q. 1. sunt plurimi. norint tamen isti contu-
maces subditi vindictam sibi cumulari, nõ
tumulari. d. 74. honoratur. fin. 23. q. 5. de Li-
guribus. d. 34. quorundam. quidni? vexare
proximum, præsertim prælatum, est ipsum
vexare Christum, quia prælati, Vicarius
est D. Christi. 7. q. 1. omnis. quod tamen cū
à subditis fit, prælati exemplo Christi pa-
tienter feret. ib. suggestum. Infames sunt,
qui faciunt, exilioque multandi. 3. q. 4.
Clericus. & can. seq. ita semper mali bonos
infestant. 3. q. 1. nulli dubium. Exemplo
S. Davidis, chlamidem mali regis Saul se

D

• præ-

præcidisse dolentis, monetur subditus, quantumcunque sanctus, ne in *Prelatum*, dum toleratur, insurgat. 2. q. 7. plerumque. §. item. si insurgat. pie facit, qui corripit rebellem. 23. q. 5. nimium. §. 1. Nam amicus vtiliter verberans, præponitur amico inutiliter blandienti. 23. q. 4. nimium.

§. 83. Castigatio nonnunquam est par in vno peccato delinquentium: vt in *Simonia*, vbi accipiens & persolvens, æqualiter puniuntur. 1. q. 7. per illicitam. nam par pœna agentes & consentientes debet comprehendere. 17. q. 4. omnes par, non eadem semper, varia aliquando, ex personarum varietate. 12. q. 2. fraternitas. 14. q. 6. c. 1. fin. variata, non exasperata. pœ. d. 2. hæc autē verba. §. pœnæ. non vltius extendenda, quam delictum fuit in executione. ib. aggravanda secundum qualitatem delicti. 23. q. 1. non afferamus. & propter iniiciendum peccaturis metum. 17. q. 4. frater fin. 27. q. 2. quapropter. nec immutanda absq; causa. d. 29. necesse. sic absque sua culpa, non absq; causa, potest quis puniri: vt efficitur quis bigamus, quod duxerit corruptam, credens esse virginem. d. 51. qui in aliquo. Temperato semper punitionis canonice *rigore*, ex temporum necessitate, & rerum vtilitate. 1. q. 7. requiretis. Nihilominus

minus

minus posset rigor esse aliquando maior,
ratione effectus. v. c. excommunicatio, quæ
maior est omnibus. 24. q. 3. corripiantur,
occidit enim animam. ib. si habes. ii. q. 3.
nemo episcopus. ratione *durationis*: de-
gradatio. d. 50. si episcopus. ratione *seueri-
tatis*, corporatę, quę actualiter sentitur. 24.
q. 3. si habes. *opprobriatatis*: v. c. si fiat in ex-
patibuli reus, vel flagrio per compita.

§. 84. Effectus tribulationis & aduersi-
tatis bonus est, salus est. Pietas est, criminis
esse persecutorem. 23. q. 5. non est iniqui-
tas. non vos. duplex est persecutio: carna-
lis, qua malus persequitur bonum: & spiri-
tualis, qua bonus malum, sine recto, perse-
quitur. 23. q. 4. qui secundum. 6. q. 1. que-
scite. malus, male; vel inuidia cordis, vel
detractione oris, vel violentia operis. 6. q. 1.
sunt plurimi, quod permittit Deus, vt ex-
cellus bonorum ex hoc suffocentur. l. c.
boni laudabiliter obfistunt malis, ob cor-
rectionem. 23. q. 4. ille porro, mali damna-
biliter bonis. l. c. ideo Christus D. laudabi-
liter flagellauit vendentes in templo. l. c.
Atqui malis insidiari, non ratione zeli, sed
studio vindictę, est malis fieri parem. l. c.
remittuntur. & q. 7. quicumque. Ergo stul-
tus in culpa, fiat sapiens ex pœna. 27. d. 38,
quia ea. 27. q. 1. Si custos. fin. ne cum Ægy-

ptiis & flagelletur, nec emendetur. 15. q. 1. nec is. ac in æternum crucierur. 23. q. 5. quid ergo. Ipsa voluntas nostra, vt contumax leæna, est compescenda nobis, documento S. Pauli, qui prosternitur, nec Ecclesiam Dei prosternat. 23. q. 4. displicet. med. suo experimento magum Elymam, prædicationi suæ obsistentem cæcitate percutit, & Corinthium incestuosum Satanæ tradit. nam *qua nocent, docent: Phryx plagis emendatur.* l. c. quod Christus. Idem flagellis impulsus, plus Apostolis ceteris laborauit in Domini vinea l. c. quis non *calcaria, campi, compendium.* prædicaturus in Italia, naufragium fecit, non in fluctibus cordis. 7. q. 1. aduersitas, cupit dissolui, & cum Christo esse: ei viuere, est Christus: ei mori est lucrum: tolerare, est studium. ib. ibi adunati, & fructus est. ib. atque mentis sanitas. 33. q. 4. can. 1. vnde & electum cælo vas virtutis est. d. 21. quamuis. 32. q. 5. si Paulus. Electum, quia probatum, vtrum vere diligeret Deum. 26. q. 5. nec mirum. si. vbi & discernitur probatio diuina ac humana. Probatio diuina mutat homines in viros; vastatores, in ædificatores. 23. q. 4. quis nos. vi probationis, manus impositæ persecutori, squamas ab oculis abigunt. ib.

§. 85. PATIENTIA, *qua opus habet perfectum,*

fectum. clypeo munitur heptaboëo, facit ne tolerantia gratia mutetur in culpam. 7. q. 1. cum percussio. cruciatus est, sed & antidotus est. 5. q. 5. vt Paulo stimulus carnis, calcar virtutis est. ib. Ea præditus Daid, potest miles ire, in campum, non potest Deo struere templum. de consec. d. 1. §. 1. hostis enim fuderat sanguinem: Deo gratus miles, non templo dignus architectus. 23. q. 1. noli. accipit virtutis augmentum, ex naufragio Petrus. 11. q. 3. in cunctis. mittit ad puniendum crimē commissum. 6. q. 1. sunt plurimi mittit ad consequendū beatitatis sedes. 7. q. 1. suggestum. Facit *patientia*, mundum eiusque pompam despiciatui ducere. 24. q. 3. displicet. malum fugere. 23. q. 4. qui peccat. bonum colere. ib.

Item PATIENTIA non sentit malorum detractiones: non falsa iudicia. 6. q. 1. deteriores. ex merito. non eorum malitiam, quos corrigere nequit. 23. q. 7. c. 1. fin. d. 47. omnes: nec eorum detegit defectus ad infamiam. d. 95. in scripturis. ob spem frugis. d. 45. licet. hac spe posita, mortem infligit sibi, qui non prohibet ab abero. d. 83. §. 1. ouis scabiosa, ne pecora inficiat, reijciatur à caulis. 24. q. 3. refecandæ. Sic & peccator, ne inficiat gentem. d. 45. sed illud. Sic Deus peruersos reijcit hœdos in æternum: vt qui

78 *Nona cali porta ad Austr. Apoc. 21. 12.*

in hac vita nunquam voluerunt abstinere à delicto, nunquam liberentur à supplicio. de pœn. d. 1. si Sacerdos §. potest. 12. q. 1. scimus. vbi grauior erit ignis Christianis, quam paganis. ibid. Purgatorij autē ignis Christianos, plus omni præsentis vitæ cruciatu, torquet. d. 25, qui in aliud.

Nona cali porta ad Austrum. Apoc. 21. 12.

Ædificata ex studio temperantia.

§. 86. **C**ONSIDERA quanta bona secum temperantia ferat; & quanta mala intemperantia.

1. Temperantia præstat corpus sanum, vegetum, agile, ad omnes suos motus expeditum, & omnia pœnè morborum genera pellit. Nam omnes ferè morbi ex intemperantia proueniunt.

2. Præstat longæuitatem, vt innumeris exemplis eorum, qui in summa abstinencia diutissimè vixerunt, ostendi potest. Cū enim excludat morbos, quibus vita plerumque ante tempus succidi solet, facit vt vita producat, donec exhausto calore natiuo, & humore primigenio, per se instar lucernæ extingatur. Hinc Scriptura Eccl. 37. *Qui abstinens est, adiciet vitam.*

3. Pre-

3. Præstat vigorem sensibus externis, qui abundantia cibi potusque obtundi solent.

§.87. 4. Mitigat animi passiones, præsertim iracundiam & melancholiam, sed super omnia tentationes carnis; nec vllum post gratiam diuinam est efficacius aduersus eas remedium. Vnde illustres quique Sanctorum maxime præsidio temperantiæ & ieiunij in hoc prælio vti sunt, & victores extiterunt.

5. Mentem reddit expeditam & alacrem ad omnes suas functiones; ad orationem, meditationem, studia, conciones, ad danda consilia, & quæuis negotia tractanda: denique facit idoneam diuinis illustrationibus excipiendis.

Intemperantia horum omnium præstat contraria. Perpende itaque: quàm turpe sit. quantæque fatuitatis, ob modicam gulæ voluptatem tanta bona perdere; & tantis malis se exponere: & statue tecum sanctam sobrietatem perpetuò colere.

Not. §.88. Probatio virtutis est, exhibitio operis. *Temperantia* derogat sibi, vt arroget Deo: aufert cuti, confert saluti: cū perfecta est, animam carne domita consecrat increato suo molitori. Ea ex cardina-

30 *Nonna est porta ad Austerum.*

libus virtus, hoc difficilius est, quo mirus
iurisdictionis domi, plus [pro]scriptionis
domi forisque, semper et adornatur: con-
sistitque in iusta alimentorum & morum
moderatione. Nam est virtus refrenans
appetuum in his quæ maxime alliciunt.
L. ff. lib. 4. c. 1. de iure ex D. Th. 22. q. 141.
Imperat ea ventri, ne ei plus cibi, quam
necesse est, suggeratur, refarta sola eius in-
firmitate, ut ad vsus exercendæ virtutis a-
ptum habeatur corpus. d. 44. cõuiuia. Hæc
multipliciter commendatur & inculcatur.
d. 35. sexto die. de consec. d. 5. non dico.
autorizabilis, quia protoplastis in paradiso
præcepta. d. 35. l. c. ab Ecclesia sancte, rece-
pta statim, propagata semper; a SS. Patri-
bus paterne, per manus tradita. de consec.
d. 5. ieiunia. flos eius, nec in manducando,
nec in abstinendo solum consistit; sed in v-
triusque medio, secundum naturæ capaci-
tatem. d. 41. quod dicit. respecta corporis
firmitate, temporis opportunitate, alimen-
torum qualitate, nata refectionis quanti-
tate. l. c. laudatissima est, quæ discretissima.
d. 45. quisquis. de consec. d. 5. non medio-
criter. quoniam auaritas ciborum, quan-
tumcunque vilium, in vitio est. d. 41. deli-
cix. tam in carnibus, quam in sementinis.
d. 4. denique. vbique cum moderatione.
alicu-

alicubi cum |delectu. de consecr. d. 5. non dico. & can. vt in quadragesima, est à magnis piscibus, cibusque lasciuis & potibus abstinendum, velut & in aliis fere ieiuniis. d. 3. denique.

§. 89. An melius ieiunet, qui sæpius parum, an qui liberahiter lauteque rarius est, vid. de consecr. d. 5. non dico. & 2. cc. seqq. hoc esto ratum, *temperantiam* oportet esse mundam. d. 18. habeatur. d. 86. quid prodest. in vigilique obseruantia, vt sancta iubet Ecclesia. de consecr. d. 5. ieiunia. & c. nihil, vt virtuti addatur, quod corpori detrahitur. Semper enim cibus animæ ieiunium fuit, præsertim ieiunium vernū illud quadragenarium, quod pro decima totius anni temporis Deo redhibetur ac offertur. Velut illud quoque, de quo non est quidem generale præceptum, nihilominus ad scādalum euitandum, iuxta patriæ patrumq; morem est colendum, quib. in ieiunitatis asperitatibus, poenalitates corporis assumuntur moderata seueritate ac lenitate. d. 45. disciplina. d. 12. illa. d. 76. vtinam. Cauēdi Gentium errores in cōorum temperantia. d. 30. si quis presbyter. cum qua & elemosynæ erogandæ erunt. d. 86. non fastis. §. item perfecta. ita enim oratio, vt in cælum emicet, suis armabitur alis, tempe-

D

S

rantiæ

rantiæ ac misericordiæ eius, quæ ipsam vincit merito charitatem virtutum reginam.

§.90. TEMPERANTIA omnibus Christianis est imperata: proceribus eorum, episcopis, prædicatoribus, etiam atque etiã, Clericis. d. 35. ecclesiæ. Monachis religiosisque ea maxime, quæ modice carnes appetit. de consecr. d. 5. carnem. ipso etiam die sabbathi, vniuersis. ib. quia dies. Semper quidem, præcipue obligante ad ieiunium tempestate. ib. sint tibi. & ieiunij, verni tēpore rigide ieiunitas ventris imperatur clericis ac regularibus. d. 4. statuimus. & 2. cc. seqq. Non ieiunandum quidem esset toto Paschali, vsque ad Pentecosten, tempore. d. 76. ieiunium. §. non autem. si qui tamen ex deuotione id temporis ieiuent, non culpantur. ib. post. & c. vtinam. culpantur ij, qui iugi duorum pluriumve dierum inedia se vnquam macerant. de conse. d. 5. non dico. & 2. cc. seqq. quia graue ac indiscretum: sic & is, cui fames molestior, potest eleemosyna redimere abstinentiam imperatam. d. 82. presbyter.

§.91. Idem esto iudicium de potus temperantia. Quia luxuriosa res, vinum; tumultuosa, ebrietas. Omnis, qui his miscetur, insipiens. Prouerb, 20. d. 35. luxuriosa. excatur

catur eis conscientia, ratio ipsa sepelitur. 15. q. 1. sane. denudant femora, ad spurcitiã homine indignissimam. d. 35. sexto. ab eis maxime abstinendum est clerico, utpote cuius sensus potissimum debent vigere. d. 35. §. 1. & canone seq. faciunt hominem proum, ad promittendum; tristem, ad exoluendum: ut vulpem Herodem, contra natorum ex mulieribus maximum. 22. q. 3. vnusquisque peccato mortifero. 25. dist. vnum. §. criminis appellatio Ebrietas initio cõditi mundi ignorabatur, annis 1600. d. 35. sexto. ib. Noë inuenit, vsque ad incestũ cum filia. nam est fomes ac nutrix omniũ scelerum. ib. ante omnia. vbi Concilium Agathense. cap. 41. statuit, vitandam præ omnibus peccatis ebrietatem, quia omniũ est nutrix. Itaque clericum, quem ebrium fuisse constiterit, aut supplicio corporali subdendum: aut triginta diebus à communionẽ cleri submouendum; ne cum, quem ut Loth. Sodoma non vicit, vna vincant. d. 35. §. 1. ministri enim templi prohibentur vinum & ficeram bibere. Leu. c. 10. ne haustu grauentur corda; vt sensus sit tenuis: ne venter despumet in libidinem. §. cit. fin. erumpatve imperus, in iurgia, uti Noë euigilans maledixit filio. l. c. sexto. Hinc iura sacra volunt cum ebrioso nec
D 6 cibum

cibum summi, nec societatem haberi. II. q. 3. ad mensam. Episcopum etiã aut presbyterum ebriosum; inferiorem autẽ clericum, corona priuari. d. 35. episcopus. Nam ebrietas excusat solum à *tanto*, non etiam à *toto*. 15. q. 1. sane. & c. inebriarunt. Quid enim: cui vax? cui rixax, cui foueax, cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nõne his, qui in vino commorantur? Prouer. 73. De his vini plagis, vid. Plin. lib. 14. c. 22. Magnus Aragoniæ Rex Alphonsus aiebat, se detestari vinolentiam, quia furor & libido, eius sunt filix: plurimumque nocuit gloriæ M. Alexandri. Quid apostatare facit etiam sapientes? *vinum & mulieres*. Eccle. c. 19. 2. Basil. hom. de ebr. *Ebrietas est demon volütarius, inimica virtutis*. S. Hieron. in c. 5. ad Gal. Est homo, nec mortuus, nec viuus. S. Chrysoft. *est demon voluntarius morbus veniam non habens*. S. Aug. blandus est dæmon dulce venenum: quam qui habet, seipsum non habet: nec solum facit peccatum, sed ipse totus est peccatum.

§. 92. TEMPERANTIA oculo meliore spectatur in moribus. d. 23. qui episcopus. Illi vt perducantur ad illud medium, quod virtutis est, tenuereque beati: qui non nescij, haudquaquam sufficere, quod abstineatur

neatur à bono ; etiam bona esse faciendæ
scierunt. 22. q. 5. de forma. d. 35. ecclesiæ. fir-
me ad illicita adirent, sæpe & à licitis abie-
runt. 33. q. 4. Christiano. vir cum propria.
duabus de causis abstinent se à licitis, qui
viri sunt boni, inquit Greg. Theotista, vt
culpas detergant, nec non merita cumu-
lent &c. prudens auaritia. 27. q. 2. sunt qui
s. duobus. Effectu id præstantissimo atque
vberrimo fiet. cū *Temperantia* proficiat &
animæ & corpori. (NB.) quia nihil æque
conducit sanitati, sicut moderata refectio.
de consec. d. 5. nihil enim sic. Aurei oris
aureum hoc monumentum est. hom. 29. c.
22. ad Hebr. Nil sic salutem (addit) nil sic
sensuum acumen operatur: nil sic ægrit.
fugat. &c. (NB.) idem ib. c. ne tales. ex S.
Hieron. *Temperantia* curat vulnera delin-
quentis, & curatos sanctificat. ib. sint tibi
viventium abstinentia est defunctorum
pœnitentia. 13. q. 2. animæ. nam satisfacit,
pro viuis mortuisque. d. 76. igitur. Deniq;
temperantia est duplex corporalis, & spi-
ritualis. de consec. d. 5. ieiunium. melior
est, quæ abstinet à peccato & illicitis secu-
li voluptatibus. ibid. vnde Adæ virtus, fuit
in ieiunio: lapsus, in cibo. d. 35. sexto. pœ. d.
3. in cassum.

Decima cali porta, ad Occid. Apoc. 21. 12.

Ad contemptum mundi.

§. 93. **P**ERPENDE illam sententiam S. Ioannis: *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Ioan. 2. Caue ergo ne diligas mundum: quia si illum diligas, charitas Patris te deferet, & concupiscentia carnis, vel concupiscentia oculorum, vel superbia vitæ, vel hæc tria simul te apprehendent & occupabunt.

2. **C**ONSID. quàm parua sint & momentanea, quæ mundus suis amatoribus promittit; & quam magna & solida quæ Christus Dominus. Promittit mundus diuitias, honores, voluptates. *Diuitiæ* consistunt in auro & argento, in fundis, in pecoribus, in domibus, & varia supellectile. Hæc omnia terra sunt, vel e terra orta, & in terram resoluenda: neque eorum abundantia ad corporis vel animi bonam constitutionem iuuat. *Honores* consistunt in magnis officiis, dignitatibus, titulis, præfecturis, Magistratibus, quæ nec corpus benè afficiunt, nec animum meliorem reddunt. *Voluptates*
sunt

sunt blandæ quædam sensuum titillationes nobis cum brutis animantibus communes raptim transeunt.

3. CONSIDERA quanta mala & incommoda hæc secum ferant. Ac primum quântis laboribus, curis, molestiis diuitiæ acquirantur, & acquisitæ conferuentur. Semper animus est sollicitus & intentus, semper anxius & inquietus. Quantis animæ & corporis periculis studiosi opum expositi. Quàm innumera peccata in acquirendo committantur: quàm innumera in eorum usu. Nullum enim est flagitium quod homines ditescere volentes non committant: nullum est cuius perpetrandi diuitiæ iam obtentæ non præbeant facultatem & ausum.

§. 94. 4. PERPENDE illam Domini sententiam: *Va vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram.* (Luc. 6. Matth. 19. Mar. 10. & Luc. 18.) *Amen dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum celorum.* Quibus verbis ingens periculum damnationis ex diuitiis denuntiat.

Item illam sententiam Apostoli: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in*

interi-

38 *Decima cali porta Occident. Apoc. 21.*
interitum & perditionem. Radix enim o-
mnium malorum est cupiditas. 1. Timoth. 6.
Quæ sententiæ si rectè expendantur, ab-
undè sufficiunt ad diuitiarum contem-
ptum.

5. CONSIDERA quod ad honores atti-
net, *Primò*, Quantas curas secum deferat,
quantas anxietates, indignationes, æmula-
tiones, tum vt acquirantur, tum vt con-
ferentur. Nunquam animus est quietus:
semper enim nouæ occurrunt occasiones
vel timendi, vel indignandi, vel vindican-
di, vel appetendi & sollicitandi; vt nullum
mare sit magis instabile, aut maioribus a-
gitetur motibus, quàm animus hominis
ambitiosi.

§. 95. *Secundò*, Quòd magni honores
magnis quoque oneribus sint coniuncti, ac
proinde magnos etiam & assiduos labores
postulent, vt muneri satisfiat. Nullum mu-
nus laboriosius, quàm munus Regum ac
Principum.

Tertiò, Quòd quò honores sunt maio-
res, eò grauiorem esse culpam, si quid pec-
cetur, tum propter exemplum, tum quia
si quid iniqui statuatur, læsio ad plures per-
tingit. Hinc Sapientiæ 6. dicitur: *Potentes*
potenter tormenta patientur.

Quartò, Quòd Superiores non
solum

Mundi sapientia, Deo fultitia. 1. Cor. 1. 89
solum de factis suis, sed etiam de factis
suorum subditorum reddituri sint ratio-
nem apud magnum Dei tribunal.

§. 96. *Quintò*, Quòd in magnis hono-
ribus magna fit peccandi licentia & impu-
nitas, magna potestas & facilitas exequē-
di, magna monitorum inopia, magna adu-
latorū copia; quo fit sæpè ut grauitè pec-
cetur, & rarius sequatur emendatio, nisi
magnus Dei timor animum possideat.

Sextò, Quòd multiplex cura quæ ma-
gnos honores comitatur, ita omnes cogi-
tationes hominis sibi vindicet, ut vix vn-
quam seriò de ijs, quæ ad suam salutem &
statum futuræ vitæ pertinent, cogitare
possit. Quo fit ut totus æternitatis fructus,
ob quem nobis tres illæ nobilissimæ facul-
tates, intellectus, memoria, voluntas datæ
sunt à Deo, vel maxima pars nobis pereat.
Quidquid enim ad vitam æternam non
conducit, quantumuis videatur magnum
& splendidum, nullius est momenti.

§. 97. 6. Quod ad voluptates attinet,
confidera *Primò*, Quàm viles sint res, de
quibus homines gaudent, & ex quibus vo-
luptatem capiunt: qualia sunt conuiuia,
symposia, spectacula, venerea, pulchræ ve-
stes, ludus, ioci, turpiloquia, & similia; quæ
omnia indigna animo generoso, nedum
Chri-

Christiano & æternitatis candidato. *Secundo*, Quanta incommoda & damna inferat voluptas. Nam corpus enervat, & plurimis morbis subijcit: animum brutescere facit, rationis lumen extinguit, totum hominẽ vilem & contemptibilem reddit, & ad innumera peccata impellit. Nullum enim est flagitium, nulla turpitude, quæ voluptatis causa non suscipiatur. Denique *nul-
lus virtuti locus est in voluptatis regno* Preterea quantis mœroribus & aculeis animorum, voluptates sæculi permixtæ: quia inter voluptates sæpè conscientia pungit, & ijs transactis mœrorem infert, & surdo flagello miseram animam affligit.

§. 98. 7. *CONSID.* quanto excellentiores sint voluptates servorum Dei. Semper enim sunt læti, semper alacres: nihil est quod animum interius excruciet. Imò ipse dolor de peccatis & imperfectionibus cælesti consolatione plenus. Centuplò maiorem voluptatem percipiunt ex rerum cælestium consideratione, & spe certissima bonorum futurorum, quam sæculares homines ~~et~~ conuiujs & rebus vene-
reis, &c.

8. *CONSID.* quanta in sæculo sint pericula salutis ratione sociorum, & hominum quibuscum versandum; ratione conuiuio-

rum,

Mundus, publica taberna peccati. 91
rum, symposiorum, amicitiarum, inimicitiarum, rixarum fortuitarum, & aliorum euentuum, quibus infinita multitudo hominū perit, & æternæ salutis damnū facit.

§. 99. 9. PERPENDE, si à DOMINO consilium peteres, vtrum tibi seculum sit deferendum, an sequendum? quid tibi consilij esset daturus, quidnam ipse Spiritus sanctus in Scripturis suadeat? quid Apostoli, & omnes vere Spiritu Dei pleni? Rursus cogita quid te velles fecisse, si nunc tibi moriendum esset; & coram supremo tribunali (æternam sententiam excepturo) cōparendum. Magnæ insipientiæ est, modò non amplecti, quod tunc omnibus votis optabimus nos amplexos.

In porta decima valua altera.

NOT. §. 100. Amari non potest *figura huius mundi*; præterit enim, & perit velut umbra. 1. Cor. 7. 31. horrore & exitio sunt *rectores mundi, demones*. Ephes. 12. *reprobata est à Deo sapientia eius*. 1. Cor. 1. 20. *non ergo habet spiritum huius mundi, quisquis habet spiritum Dei: opponuntur sibi*. 1. Corint. 2. 12. Ita Deus voce Paulina. *Graue & immutabile sanctis Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur*. Stat. lib. 1. Thebai. *Quid enim est hic mundus?* Philosophus respon-

respondent; est schola vanitatis, forum impostorum, scrinium dolorum. S. Nazianz. in carm. de vitæ itineribus. Omnia humana met^o, risus sunt, lanugo, umbra ros, flatus, volatus, vapor, insomnium, fluctus, aura. Vbi pulchritudo, breuis; gratia, fulgetrum; iuuentus, temporis feruor; canities, tristis vitæ occasus; gloria, aër; nobilitas, vetus sanguis; robur, affinitas apri; satietas, petulantia; forum, vitiorum schola, artes, abiectio panis. &c. In nunc, & mundum, fide sipis, ama: fumantem vrsi vellica nasum: leonem rade, aspidem foue. Quin potius *atteratur ciuitas vanitatis: hinniant de matris, cū glorificatus fuerit Dominus. II. 24. 10.* *Esse, fuisse, fore, hæc tria florida sunt sine flore: Nā simul omne perit, quod fuit, est, & erit. Quod fuit, est, & erit, perit articulo breuis Ergo quid prodest esse, fuisse, fore? (horæ: Sed sic est. d. 47. omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cælesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt: aliarum arborum more deorsū, vasti sunt; sursū, angusti, &c. Hoc si in clericum cadat, clericus iacet, succumbit: oblitus sui. Dicitur à clerico, quod*

quod sit ex forte Dei, non huius mundi. 12. q. 1. clericus. d. 21. clericos. d. 72. clericum. 11. q. 1. de persona. Ex Dei sorte communem debent ducere vitam in manducando, dormiendoque circa ecclesiam. d. 32. præter hoc. 12. q. 1. omnis. de confe. d. 5. in omnibus. vt in exemplum fiat laicis. 8. q. 1. qualis. 6. q. 1. beatus. in med. radentes ideo comam in modum sphaeræ supra caput, suam professi nudam paupertatem. d. 23. prohibere.

§. 101. Hieron. Platus libri 1. de bono status. ca. 6. explanans illud supra citatum. §. 93. 1. Ioã. 2. *Nolite diligere mundū.* &c. ait, esse à S. Ioanne regnum mundi in tres *pro- uincias* ibi distributum, in quarum vnam vel aliquot amator mundi incurrat. *PRO- VINCIA* I. est concupiscentia oculorum, id est, res omnes terrenæ, earumque fitis; quæ iter cæleste obsepunt Christiano viatori. Lu. 6. *va vobis diuitibus* &c. væ, omne malorum genus, totam cruciatuum carnificinam, eis portendit. Horribile Dei dictum: *voce fata sequentur*; cum ante camelus per foramen acus, quam *liues* in cœlū penetrabit. Verbis Dei credimus, cum de summis fidei, SS. Trinitatis, resurr. myste- riis, aliisque agunt: cur hic non credimus? aut si credimus, cur nō paremus? aut fidei
• aut

94 *Decima cali porta ad Occident. Ap. 21.*

aut obedientia deficit: *auaritia* imperat non obsequentibus. Autoritas dicentis est vna atque eadem: at somnia illudunt avaris: somniis, Deus: *qui miscuit illis spiritum soporis. Ha. 29. 10. clausitque oculos eorum. vt* & Plato Philoque dicunt, *spes mortalium, sunt somnia vigilantium: excæcantes ita rationem, vt iucundius respeceret aurum, quam cælum. d. 48. sicut. d. 47. omnes. nec agnoscere possint, auaritiam, quæ instituit meum & tuum iuri naturali contraria: hoc enim proclamat, omnia esse communia omnibus. d. 8. differt. d. 47. sicut. 12. q. 1. dilectissimis. & c. duo. esse & spirituales fornicationem, & alteram idololatriam. 28. q. 1. idololatria. 1. q. 1. cum omnis. clericis omnibus prohibitam separato ac iterato iure canonico, post diuinum. l. c. & d. 33. his igitur. 8. q. 1. sunt in ecclesia. 10. q. 1. relata. 12. q. 2. gloria.*

§. 102. Pergit Platus, redditque tot *auaritie* damnorum causas 1. ex *acquirendi* sollicitudine, labore, periculo. Nam qui *volunt diuites fieri. 1. Tim. 6. incidunt in tentationem* (est id periculi certi) & *in multa desideria vana ac inutilia* (desiderio desideriiis cumulado; quo plus sunt ea pota, plus sitiuntur aqua. si vnda fauces strangulat, quid opus est bibere? Prou. 18. qui ditari, se-

dari festinat, non erit innocens. Ideo Dominus prohibet, Difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum celorum. Imo clericus, qui sibi ultra necessitatem quid colligit, aut retinet, aliena rapere conuincitur. d. 42. c. 1. d. 47 sicut hi. Quoniam res clericorum, quæ supra necessitatem sunt, pauperum & egentium sunt; idcirco ij ex his hospitalitati & eleemosynis intendunt, præ laicorum obligatione. 16. q. 1. quoniam quidquid. d. 42. §. 1. & c. quiescamus.

§. 103. Alteram idem peccandi occasionem in diuitiis mundi *possidendis* ostendit. Quoniam incredibile est, quantopere omne virtutis studium diuitiæ extinguat, celestiumque rerum cogitationem, ac memoriam Dei ipsam disturbent, & ad alia auferant vniuersa. Cum enim res eæ per se diffluant ipsas: rapinis pateant, casibusque fortunis sint expositæ; iurgiis, materiam; cautionem, custodiæ suppeditent; animum terræ affigunt. Vt beati sint pauperes voluntarij, ex octo beatis primi, qui mundi pompam pessundant; habent non pompam mundi, sed patriam Deum, *Anima patria, Deus est. S. August. Ais, cum Sen. Difficile est animum adducere ad contemptum animæ: mundum adducere ad contemptum mundi: at non difficile, clericum celorum,*

96 *Decima cali porta ad Occident. Ap. 21.*
natum, eo producere. Ibi cæcus cæcum,
malus malum seducit: *Sumit venenum à*
viperâ aspis mutuum. vt est apud Philof.
Diog. at inter clericos, carbo carbonem
accendit, pruna flammam: quippe perfe-
ctorum non est *possessio*, non auri, non boni
mundani. 12. q. 1. clericus. & 2. cc. seqq. at-
que ita fide integra cum Deo agunt, scien-
tes se non possidere alienum. 24. q. 2. si vir-
go. cum non ad mediij temporis tractum,
sed ad initium possessionis bonam referat
fidem in nuditate. 16. q. 3. placuit. §. potest.
Qua fide bona opus est inter homines, dū
iure diuino omnia sunt communia, multa
humano propria. 23. q. 7. c. 1. Sic laici licite
possident, dummodo & licite vtantur. 12.
q. 1. duo. fin. At clericus cum Iuda cadit
damnabiliter, qui iniique vsurpat possessio-
nem proprietatis. ibid. exemplum. & c. si
priuatum. cum oneratus pondere auri,
Christum pauperem non possit sequi. 12. q.
§. Grates licebit idcirco in commune pos-
sidere. 12. q. 4. expedit. vbi probatur id ex-
emplo Christi D.

§. 104. *Tertium est malum*, diuitiis cum
vitiis esse nominis rei que affinitatē. Hinc
enim *primo* est *Dei obliuio*; & rerum copia,
mentis inopia. S. Bernar. serm. 2. Aduent.
Eccl. 14. *ô mors, quam amara est memoria*

3NA

sua, homini pacem habēti in substantijs suis.
Has autem contemni, nihil sic facit, quam recordari pauperis, finis, ac principij. d. 8. sicut hi. bene eis vttere, & rectius possidebis. 14. q. 4. quid dicam. sic fideli homini, totus mundus diuitiarum est; infideli, nec obolus. ib. *Secundo, mentis elatio*, S. Aug. ser. 5. verb. D. omne pomum habet vermē suum: vermis diuitiarum superbia est. Ideo clerici cupidi adulantur magnatibus & regibus. d. 37. nonne. vbi, si approbēt malum, quod eis inest, peccant mortaliter. d. 46. clericus qui. nec non parietem liniunt. ib. sunt nonnulli. Et pastor, qui lupo rū extollit laudes, negligit oues. d. 83. nil *Tertio confidētiā* gignit opulentiā. Prou. 11. *qui confidit in diuitijs suis corruet.* d. 22. de Constantinopolitana. stultus est, qui in eo, primum se existimat, vt bona, quæ viderit, discere contemnat. d. 4. factæ sunt. Audacia legibus coërcetur, & d. 45. sunt nonnulli; vbi docetur, adulationem facere peccatori audaciam. *Quarto potentiam.* quæ est instrumentum omnium vitiorum, pecuniaque pedisse qua, cui *obediunt omnia.* Eccl. 10. *Potentia* non est, nisi à Deo, saltē permittente, 23. q. 1. quid culpatur. hæc nō potest, nisi quod iure potest. 2. q. 1. nos in 22. q. 2. faciat. vtraq; potentia, ecclesiastica

E.

& im-

& imperatoria mutuo se iuuabit, vt iuste omnia gerantur. 23. q. 5. principes. nam aliud est, iniustâ potentiâ iuste vti, & aliud iustâ iniuste. 14. q. 5. neque fin. Imperator suberit potestati Papæ. d. 96. si imperator. omnis potentia contemnenda, quæ præcipit, quod non licet. 11. q. 3. qui resistit, tam ea, quæ est officij, quam quæ executionis. 24. q. 1. miramur. §. proximo *Quinto* denique *impunitatem*. opes ideo à Domino vocantur *spina*. Matth. 13. quod sementem pietatis præfocent, animumque lacerent, nec vindictam reperiant. Greg. hom. 15. in Euang. Animum vsque peccatum, inflicto vulnere cruentant. vnde & totæ delicturis referantur portæ. 35. q. 9. loci. 2. 7. quapropter. d. 93. peruenit. Diuites igitur, abundant iustitia & operibus bonis, ne opus sit pœna eorum. d. 30. hæc autem fin. Quoniam male parta pœnam prouocant. 14. q. 4. quid.

§. 105. *Quarta* diuitiarum *pestis* sunt *delicia* luxusque eas vt comitatiores, sic detestabiliore reddens, hominem *purpura* in terris, *tortura* in inferis *sepeliēs*. Lu. 16. Greg. li. 21. moral. c. 4. dari dicit opulentis hic, quod appetunt, vt ægrotis iam desperatis; eosque per amœna voluptatis prata, clausis oculis in foueam trahi æternam. *Vt vobis.*

vobis, qui dormitis, lasciuitis, comessamini,
bibitis, unguimini. Amos 6. Agite nunc diui-
tes, ululate plorantes. Iac. 5. Potissimū plo-
rate, ululate Clerici, Prælati, Prædicato-
res: Christum sequimini pauperem. d. 35.
ecclesiæ. in rebus prætereuntibus, non v-
sus sed abusus, culpatur. d. 41. quisquis. de-
licis corpora computrescunt ocyus. de
consec. d. 5. nihil. Anima eis delectata, vi-
uens non viuit, nisi corpori pro sale. Dete-
stabile igitur, (obside S. Hier. promitto)
erit, in tugurio clericum natum, milio e-
ducatum, in perfectiore statu delicatum.
12. q. 2. gloria. Huc luxus consuetudo pro-
trusit gulosum. d. 41. non cogatur. quod si
tamen absque vitio voracitatis, vescaris
laute; contra tenuiculo apparatus, dum gu-
læ flamma inardescis, iudicium erit variū.
d. 41. quisquis. Clericus gaudeat, præser-
tim prælatus, delicis meritorum, non men-
sarium. ib. Episcopus.

§. 106. Quem hominum, si quidem ho-
mo est, non extereant, tot, tantæ, tam du-
ræ, miræ, diræ; Dei, Sanctorum, experimē-
torum; comminationes, testificationes,
damnationes; vitæ, animæ, mortis secun-
dæ, quem non? Deus dixit, dignissimus au-
tor: tu Clerice, tu Christiane omnis, si Deo
fidis, fidendum vides: si fidis, & salutem

E 2 . hanc

hanc negligis, insanis: iam coërcendus cæ-
tenis; in æternum pœnis.

§.107. *Concupiscentiam* carnis & mi-
nacijs prohibitam, & dirius semper, hic &
in orco, plexam, ponit S. Ioannes alteram
mundi in maligno possiti palæstram. Ea S.
Gregorio nobis doctore. libb. Reg. lib. 6.
c.2. est *Regis Agagi oboesi gladius*, qui ma-
tres facit sine liberis esse; nam sua delecta-
tione facit animam illiberem, necando
recta eius acta, sensa, cogitata: est *ignis us-
que ad perditionem*. Iob. 31. *omnia eradicans*
genimina. suas (improbissima nundinatio-
ne) filias homini *forturo*, *perdicis* stolidita-
te, *qua non peperit*, filias. Greg. l. 31. moral.
c.17. cæcitatem scilicet mentis, inconsi-
derationem, inconstantiam, præcipitatio-
nem, amorem sui, odium Dei, affectum
mundi, desperationem cali. ô djgni rha-
mmo fructus! S. Bern. ser. 39. in cant. currû
Pharaonis, Dei famulos insectantis, depin-
git, auriga *Luxuria*: cuius quatuor rotæ
sunt, ventris ingluuies, vestium mollitia,
otij somnique ignauia, fœda libido: equi
bini, vitæ prosperitas & rerum affluentia:
his equis duo sessoris sunt, cessatio deuo-
tionis & cæca securitas: non calcaria (vt-
pote in voluptatis stabulo, vbi ipse *carnis*
stimulus impellit) sed conopæum in ma-
nibus,

nibus, dissimulatio inspirationum ac monitionum: quas omnes, ait S. Bern. sub latibulo dissimulationis abscondit. (NB. NB.) Iura sacra tam acerbè, sed digne persequuntur *Luxuriam* hanc, vt peregrinari infinitatem esset, velle diras, minas, pœnas conscribere, quibus eam proscribit. Impuros clericos prohibet à ceterorum consortio, excommunicatione; officij munijs, suspensione; corporis alimentis, inedia; ministerij iure, depositione, exilio, carcere, cæde. d. 32. 34. 35. 46. 49. 50. 3. q. 7. 15. q. 8. 22. q. 7. 27. q. 1. 23. q. 5. de pœn. d. 3. & c. de vita & honest. & cohabit. clericorum. & c.

§. 108. Ex tertia mundi in maligno positi *Prouincia*, quæ est *Superbia*, cupiditatē excellentiæ clavis aurea expellat oportet, apertis alteris decimæ cæli portarum valuis, cum S. Michaële. *Superbia* autem est inordinatus appetitus propriæ excellētiae: à Deo, semper prohibita minaciter, sæpe castigata atrociter, nunquam tractata leniter. Sen. *Spiritus altos gere: Sequitur superbos ultor à tergo Deus.* Nam facit caco-dæmonas, in cælo; apostatas, in terra flammam in Gehenna. *Superbia*, inuidia & crapula nos miserunt in tartara. dicunt reduces ab orco titiones, sacerdotes. Quo enim alio potius? non video: sed nec ipse

videt Deus. Ioan. c. 5. Qui potestis credere, qui gloriam accipitis ab inuicem? non possunt vel credere, vel non perire gloriæ sectatores; animâ fumo altissimarum cogitationum excæcata. S. Ber. ser. 6. in Pf. 90. Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli opifex, mater hypocrisis, liuoris parens, criminum origo, virtutum ærugo, tinea sanctitatis, excæcatix mentium, ex remediis morbos creans, generans ex medicinâ languorem. Similiter ante hunc S. Greg. li. 34. mor. c. 18. alia vitia eas solum destruunt virtutes, quibus ipsa imperuntur, (ira, patientiam, libido continentiam. &c.) *Superbia*, vitiorum radix, contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis morbus corpus omne corrumpit totius sanctimonix! vt autem propius inspiciamus, qui superbiatur inter doctos Dei que seruos, ita SS. Canones nos illustrent, vt eū dicant superbire, qui aliis immerito se præfert. d. 22. de Cōstantinop. qui bona, quæ non habet, habere se simulat. II. q. 3. si quis vero. qui vanas ex scripturis sacris opiniones colligit. d. 30. hæc autem. qui ad mundi honores, sine merito temporis, aut laboris vult emicare. d. 41. miramur, si. qui honores sibi exambit, nõ iudicando alios se digniores. 8. q. 1. illud.

16. q. 1. vos autem. nam casum quærit, non
statum tenet, qui postpositis gradibus,
quærit ascensum honorum. d. 48. sicut. 1. q.
1. sicut is. Item qui alios arroganter instruit.
d. 45. recedite. d. 46. hoc habet. qui subdi-
tos cum asperitate corrigit. d. 45. licet. qui
simpliciores despicit. d. 30. si quis per. d. 45.
vera iustitia. qui vult ante meritum prome-
ueri, vel ordinari. d. 59. si officia. qui pecca-
tum suum in confessione non sincere ma-
nifestat. de pœn. d. 1. §. item taciturnitas.
qui officia aliis debita sibi vsurpat. d. 10.
quoniam. d. 93. diaconi. Nam ad honorata
officia, non qui affectant, sed qui meren-
tur, sunt assumendi. 1. q. 7. per illicitam. §.
seq. d. 40. multi. alioqui malo irrepentium
initio infelix exitus illacrymabit. 1. q. 1.
principatus. & can. nullus. Sic nec habet
meritum obedientia, quam ad obsequen-
dum elationis perpellit libido. 8. q. 1. scien-
dum. superbia hominem in bestiam, vt
Dan. 4. c. Nabuchodonosorem, deprauat.
17. q. 4. miror. Faciamus cum augusto Do-
ctore, dicente lib. contra Secundinum Ma-
nichæum; senti de Augustino, quicquid li-
bet: sola me in oculis Dei conscientia non
accuset. 11. q. 3. senti. humilitas ficta, non fi-
cta *Superbia* est. 8. q. 1. in scripturis. fin.

Vndecima cali porta Occidua. Apoc. 21.

A Deo semper presente fundata.

§. 109. **C**OGITA Deum esse spiritum subtilissimum, potentissimum, vivacissimum, per omnia diffusum, omnia penetrantem, omnibus intimè præsentè. *Ioan. 1. Sap. 1. Jerem. 23.*

2. Cogita, hunc immensum spiritum esse intimè præsentè cordi tuo, (*Ephes. 4.*) & ibi in fundo animæ delitescere cum tota potentia, sapientia, sanctitate, maiestate & beatitudine sua, & cum infinitis opibus & bonis, quæ in thesauris sapientiæ & potèriæ illius sunt recondita. Ipsum posse in momento te beatum facere, vnâ scintillam luminis gloriosi communicando. Possesse quoque, si ipsum offenderis, subito perdere, & æternis ignibus tradere.

§. 110. 3. Cogita, eius oculos millicuplò lucidiores sole intueri omnes tuas cogitationes, omnes intentiones, omnes affectus, (*Sap 1. Eccli. 23.*) omnia opera interna & externa: denique omnia nuda & aperta esse oculis eius. *Heb. 4.*

4. Perpende quomodo sit in rebus omnibus; & in primis in teipso per essentiã, per potentiam, & per inspectionem. Per
essen-

essentiam: (*Ierem. 23. Sap. 1.*) quia eius essentia ratione suæ immensitatis, cum omnibus bonis suis ubique est præsens, tanquam intimum fundamentum & sustentaculum rerum. (*Per potentiã: Act. 17. Ioan 5. Hebr. 5.*) quia ubique & in omnibus operatur, omnia creando, formando, conseruando, sustentando, regendo: quæ operatio si cessaret, omnia in nihilum euanescerent. (*Per inspectionem: Eccl. 23.*) quia omnia clarissimè intuetur, & peruidet omnes hominum cogitationes, affectus, consilia, & omnia cordium arcana.

5. Considera, naturam tuam & omnia bona tua ab ipso assiduè pendere, & quasi assiduè creari, & singulis momentis totum quod es, & quod habes, te ab ipso debere accipere: (*Heb. 1. Coloss. 1.*) ita vt singulis momentis totum sit veluti nouum beneficium. Non enim sufficit semel accepisse, sicut in beneficiis quæ ab hominibus dantur; sed continuò accipere debemus, & ipse assiduè donare: alioquin si ipse vel ad momentum cesseret à donando, beneficium euanesceret. Sicut enim si sol non assiduè lumen suum nobis communicaret, sed vel ad momentum vim suam cohiberet, omnia repente essent in tenebris: ita si ipse vel ad momentum beneficium influxum

E 5 . suum

suum retraheret, omnia in nihilum conciderent.

§ III 6. Cum semper in conspectu tantæ Maiestatis versetur, (*Heb. 4.*) perpende quanta reuerentia & humilitate in omnibus nos gerere debeamus; (*Gen. 18.*) & quanta cura nobis adhibenda, ne quid à nobis interiùs in corde, vel exteriùs in opere committatur, quod ipsum possit offendere. (*Psal. 2.*) Si enim, cum in conspectu alicuius Principis, cui tamen naturæ conditione pares sumus, versamur, reuerenter nos gerimus, & sedulò cauemus, ne quid agamus quod ipsi displiceat: multo magis id nobis curandum est in conspectu tantæ Maiestatis, ad quam comparati sumus instar nihili.

§. II 2. Perpende quantæ impudentiæ & audaciæ, sit audere in conspectu tantæ Maiestatis peccare. (*Sap. 1. Psal. 9. Rom. 2.*) Si enim in conspectu Principis minitantis mortem aliquis præceptum Principis violaret, censeretur illum contemnere, & grauem iniuriã illi irrogare; ac proinde morte dignissimus: Multo magis qui in præsentia & conspectu infinitæ illius Maiestatis fulmen æternæ damnationis committantis audet peccare, censeretur eius Maie-

statem

statem & minas omnes contemnere, & æterna morte dignus est.

§. 113. Statue te quotidie singulari studio in conspectu illius Maiestatis, omnibus aliis cogitationibus semotis, perinde ac si præter te & Deum nihil esset in mundo. Reuela illi viam tuam, allega tuas misérias, & pericula salutis, quibus in hac vita expositus; & posce suppliciter opem, protectionem, & directionem in omnibus viis & operibus tuis, vt in omnibus ita te regat & dirigat, sicut nouit expedire saluti tuæ & gloriæ suæ.

In 11. porta valua altera Occident.

NOT. §. 114. Sponsus imperat Sponsæ, (Christus animæ) *pone me, vt signaculum super cor tuum* (ardentissimis desideriis) *super brachium tuum* (pijssima actione) Cant. 8. Annulus signatorius figuraq; eius, quia semper in digito, ideo semper ante oculos, menti que obuersatur; ita sponsum animæ piâ iugi recolet memoria, Christum cuius ea signaculum gerit, de pœn. d. 2. fin. repræsentat quippe in nobis similitudinē Dei, quod sicut à Deo vno creati sumus omnes, ita ab vno propagati omnes. 33. q. vlt. hæc imago. *Beatus igitur vir, qui in hac sapientia morabitur, & in iustitia sua me-*
E 6 dita-

ditabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem Dei. Eccles. c. 14, Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinventionum eius. Iere. 32. Aperti sunt oculi eius in nos, ne nostri sint clausi, non respicientes illum. Imago speculi semper intuetur inspicientem speculum, cuius ea, quæ est in speculo, imago est: imago Dei homo est: homo aspicientem se Deum semper, semper aspe-ctet: faciat in se verum, quod S. David Psal. 24. Oculi mei semper ad Dominum: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Inuisibilem Deum, tanquam videns sustineat, cū Moyse; vt monet Paulus Hebr. 11. Prouideatque Deum in conspectu suo semper. Psal. 15. Oculi Domini pascit iumentum. Plut. lib. de educ. liberis.

§. 115. Christianus per fidem videt Deum. 24. q. 1. quia. nõdum per speciem; quia stat post parietem perspiciens per cancellos, respiciens per fenestras. Cant. 1. Leuentur oculi ad eum, qui habitat in cœlis. Psal. 122. vbi siquid creatum tribuitur Deo, (vt statio ad fenestram) fit per similitudinem, non per proprietatem. 24. q. 1. odi. Quod proprie est, credi potest, capi non potest: cum sit ille & trinus & vnus. de consecr. d. 3. c. vlt.

vt Eua Adamum, quia costa eius: sic anima Deum, quia Creator, affectet, continuus-que operator. d. 56. nasci. Anima fit columba, dicat. *Quis dabit mihi pennas sicut columba?* 7. q. 1. aduersitas. Gemens cum ea, cupiat dissolui & esse cum Christo, semper oculo fidei præsens. ib. si eam vendat. Cathedra eius euertetur à Christo. 1. q. 3. non solum. columba, simplicitas mentis est. 16. q. 1. si cupis. d. 36. qui ecclesiasticis. §. ecce. omnibus Deum quærentibus commenda- ta. 6. q. 1. ex merito.

§. 116. *Ascendat in palmam Clericus, & fructus eius apprehendat.* Est palma in imo strictior, & quanto plus ascendit, fit grossior; fit ita arctus in rebus terrenis; amplus in quærendo cogitando que Christum. d. 47. omnes. Ascendat Apostolorum SS. more, qui prius adhæserunt Christo ab ipso docti, viderunt Deum Patrem, quia ipsum, in quo erat ille. d. 36. §. ecce. viderunt visibiliter operantem in sacramentis S. Spiritum. 1. q. 1. multæ. Nihil erat eis proprium, vt nihil ad videndum Deum ascendentibus esset graue. 12. q. 1. dilectissimis. deserebant sua & suas, & se. 12. q. 1. præcipimus. memores clericalis in capite rationis. ib. c. duo. credebant esse pessimum, videre nummum, non Christum. ib. 1. q. 1. multi. Socratem

auri pondus abijcientem vincebant, Christo adhærentes. 12. q. 2. gloria. Clericus similiter per sacræ scripturæ peritiam, alcedat in palmam. d. 36 qui ecclesiasticis. magistri fiunt erroris, qui nesciunt scripturas, nunquam visuri Deum. 24. q. 3. quid autem. d. 36. 37. torâ. nulla eis ætas sera, ad discendum sacra. 24. q. 4. si habes. med. semper igitur eis inuigilent. 16. q. 1. sic viue. stas horis inuocent Deum se ostendentem. d. 91. Eleutherius. Hoc vt rectius & perfectius præstent, deonerent se curis secularibus. 21. q. 3. mollitiis. 11. q. 1. te quidem. At hoc rari præstant, vnde & rari, & vix vquam pœnitent recte. de pœn. d. 1. mensuram. & mox sequente. c. (NB.) Quis vidit aliquando clericum civo pœnitentiam agentem? sed & si deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam suam. *pró!*

Vltima cæli porta Occidua.

Ab excitato cælestis patria desiderio exurgens.

§. 117. **C**ONSIDERA loci amœnitatem & pulchritudinẽ in quo Iusti semper erunt; qui tantum omnia huius mundi palatia

palatia superat, quantum cælestia terrenis præstantiora sunt. (*Apoc. 21. Psal. 83.*) Maximi faciunt Principes & diuites sæculi habitationem splendidam & magnificam, aulas & cubilia auratis & picturatis peristromatis ornata, & omnis generis pretiosa supellectili instructa: quanti igitur superna illa palatia facienda sunt, ad quæ omnia Regum huius mundi domicilia, quantumuis splendida & ornata, sunt instar tugurij rusticani, vel potius stabuli equorum & mulorum? Si ex auro & solidis gemmis vrbes & domicilia fingas, parua sunt hæc omnia ad supernæ ciuitatis pulchritudinē & excellentiam. Illa enim omnia adhuc terrena sunt, & ex terra confecta: hæc cælestia & supercælestia incomparabiliter mundiora & pulchriora. Cum ergo Beati videant se tam excellenti habitatione in omne æuum vsuros, ingenti inde gaudio perfunduntur.

§. 118. 2. CONSIDERA ciuiū illius beatæ Ciuitatis multitudinem, pulchritudinem, & excellentiam, & eorum inter se suauissimam familiaritatem. (*Hebr. 12.*) Multitudo eorum erit innumerabilis, vt totam illam supercælestem regionem, ad quam terra vniuersa est instar puncti, quodammodò repleat. Totum enim cælum
habiti-

habitari debet. Nulla ibi deferta, nulla loca incolis vacua : vbique diuinæ laudes personabunt, & Alleluia cantabitur. Pulchritudo singulorum admirabilis: corpore enim fulgebunt instar solis, animo instar diuinitatis. (*Matth. 13.*) Omnes enim beati spiritus & animæ erunt similes diuinitati; vtpote filij Dei, & excellentissimæ Dei imagines. *Rom. 8.*

§. 119. Quanta voluptas erit talis spectaculi, in quo innumerabilis ciuium supernorum multitudo instar Deorum refulgens suis locis & ordinibus pulcherrimè disposita cernetur. Dignitate omnes sunt ciues cæli & filij Dei, (*1. Pet. 2.*) omnes sunt Reges & triumphatores, vt qui de mundo, carne & diabolo victoriam reportarint. (*Apoc. 1.*) Omnes Sacerdotes Deo sacrificium laudis perpetuò offerētes. Denique minimus in cælo maior est dignitate & gloria omnibus Regibus huius mundi. Alij tamen sunt alijs maiores : sicut enim inter stellas magna est diuersas claritatis & excellentiæ, ita inter cæli ciues. *1. Cor. 14.*

§. 120. Neque solùm ex horum omniũ conspectu & presentia singuli voluptatem capient, sed etiam ex familiari vsu & consuetudine. (*Psal. 86.*) Singuli enim norunt
singuli-

singulos nominatim, cum singulis quando placet possunt colloqui, & familiariter tractare. Singuli singulorum benevolentiam & amicitiam sentiunt. Omnes enim sincerissimo amore se mutuò prosequuntur, nec minus de aliorum quàm de suis bonis gaudent. Si magnæ voluptatis est, in aula alicuius Principis omnium benevolentiam & gratiam obrinere: quantæ voluptatis erit, in immensa illa infiniti Principis aula tam innumerabilium procerum amicitia & familiaritate frui?

§. 121. 3. **CONSID.** quibus functionibus sint dediti. Tota eorum vita est contemplari, amare, frui, delectari, exultare, laudare, benedicere, gratias agere, gratulari. (*Psal. 83. & 149.*) Omnes ex vi contemplationis, & præ ardenti in Deum (qui ipsos tantis bonis cumulavit) amore & gaudio, in laudes & gratiarum actiones erumpēt. Laudabunt illum ex omnibus eius operibus, & beneficiis, (*Apoc. 7.*) ex opere creationis & gubernationis, ex opere redemptionis & iustificationis, ex operibus misericordiæ & iustitiæ, ex præmiis iustorum & pœnis impiorum, ex omnibus occultis eius & manifestis iudiciis, denique ex tota rerum creaturarum dispositione. Hęc omnia menti eorum obuersabuntur, & clarè
confi-

consilium Dei in singulis intelligent, & incredibili consolatione perfundentur; & præ magnitudine gaudij illum de omnibus sigillatim laudabunt, & benedicent, & glorificabunt, & gratias agent immortales. Itaque materia sempiternæ laudi non deerit.

§. 122. Credibile est, hæc laudes, sicut in Angelis spiritali voce, & spiritalis cantici more peragentur, ita in hominibus etiam corporali voce perficiendas: (Ps. 149.) ut sicut animo & corpore constabunt, ita non solum animo, sed etiam corpore Deum laudent. Itaque erit ibi excellentissima vocum harmonia, omnem musicam huius mundi incomparabiliter superans.

§. 123. 4. CONSIDERA quantum gaudij percepturi sint ex eo quod videant se ex maximis malis liberatos, & de suis bonis in omnem æternitatē securos. (Isaia ult.) Videbunt sub se inferorum incendia, & infinitam impiorum colluuiem illis inuolutam, & instar struis lignorum ardentem. (2. Thess. 1.) Videbunt pericula eorundem malorum, in quibus ipsi quoque sæpè constituti fuerunt: videbunt se diuina misericordia ereptos, & in æternum redditos securos. Comparabunt suam felicitatem cum illorum miseria, sicque duplici

plici nomine gaudebunt, & Deo gratias agent. Infiniti enim beneficij loco ducent, & quod ex infinito malo, quod periculossimè illis impendebat, sint exempti, & quòd æternis bonis sint affluentissime cumulati.

§.124. 5. CONSIDERA quoque gaudia quæ ex dotibus corporis percipiēt. (*Matth. 13.*) Fulgebunt enim corpora instar solis: erunt immortalia, inuiolabilia, & omnis perpeffionis expertia. Pari modo erunt agilìa & velocia instar fulminis! & penetrantia instar radij solaris, vel naturæ spiritalis. (*1. Cor. 15.*) Tota cælorum vastitas ad illam velocitatem erit instar vnius aulæ vel cubiculi: momento temporis in quavis mundi plaga sistere se poterunt.

§.125. 6. CONSIDERANDVM, quòd etiam hæc magna sint, & ingentium gaudiorum caussa; incomparabiliter tamen maius esse, videre Deum, & contemplari infinitum illud bonum & pulchrum, omnis boni & pulchri fontem, (*Matth. 5. & 18.*) illud cõplecti & amare, illius dulcedinem gustare, & torrente voluptatis ipsius potari, eius gloriæ & beatitudinis esse participem, (*1. Ioan. 3.*) & omnibus eius bonis perfrui. Sicut enim ipse infinitè præstantior est omnibus bonis creatis, ita quoque gaudia quæ
de ipso

de ipso & ex ipso capientur, incomparabiliter maiora sunt & suauiora, quam omnia gaudia quæ ex bonis creatis percipi possunt. Denique his omnibus gaudiis immensus quidam gaudij cumulus accedet ex eo, quòd clare videant se his omnibus bonis firmissimè & securissimè in omne æuum fruituros.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Quando veniam & apparebo ante faciem tuam? Beati qui habitant in domo tua, in secula sec. laudabunt te. Sicut ceruus desiderat ad fontes, ita anima mea ad cælos. deficit hac siti. *Psal. 83. & 41.*

Vltima cali portarum valua.

NOT. §. 126. Extremis valuis cæli creationis, primis ingressionis præfixa est ex Apocalypseo sine hæc inscriptio, NIHIL COINQUINATVM INTRABIT IN REGNVM CÆLORVM. Appetis cælum? fuge coinquinationem: remissionem peccati a Deo exculpe. i. q. i. ita fit. d. 25. qualis. nemo nisi a vitiis purgatus certam misericordiam cæli inuenit. de pœn d. i. non potest. quandoquidem sicut Sol æquali luce cunctos collustrat; ita Deus sine acceptione personarum

narum, modo gratarum, æqualiter cunctis infinuatur: ibid. d. 4. nec quenquam. Magna differentia est legis & Euangelij ratione perfectionis. 23. q. 4. hæc autem. Illa enim à timore; hoc à mansuetudine cœpit: in illa, peccantibus pœna corporalis statuitur; in hoc, pœnitentibus venia promittitur, vt gaudeatur etiam super vel vno eorum, ib. & 23. q. 4. displicet. d. 50. quia sanctitas. Christus enim cum lætitia perditam reportat ovem ad cœleste ouile. 12. q. 1. quia tua. fin. 16. q. 6. pœnitentem. reportat per rubrum sui sanguinis mare. de consecr. d. 4. proprie, submerso Pharaone Acherontico aquis baptismi. ib. nec quenquam, eisdemque abluto homine ab originali, mort. ventralique peccatis, ib. regenerante. absque quibus nulla est regeneratio ad salutem. 15. q. 1. firmissime.

§. 127. Tota enim sanctificatio est per ipsum & S. eius spiritum. d. 75. ordinationes. in sacrificio cordis contribulati. de pœn. d. 1. in actionem. meo quod est perpetrata plangere, & plangenda non perpetrare. de pœn. d. 3. §. 1. prin. Quippe pœnitere est semper pœnam tenere. ib. in secunda post naufragium tabula, ib. d. 1. §. secunda. dignissimo pœnitentiæ fructu: in-

cipien-

cipientibus; vt peccatum præsens doleant,
 ac deleant, futurum caueant ac horreant.
 ib. d. 5. fin. d. 50. quia sanctitas. *Troficienti-*
buis; vt de virtute in virtutem prouehan-
 tur. de pœn. d. 5. fin. *Perfectis* denique, quo-
 rum est *beatitudinibus* insistere, virtutum
 fructus ferre, affectando paupertatem, at-
 que mansuetudinem, *beatitatis desiderio*
 lugere, esurire iustitiam, misericordiam,
 munditiem, pacem; immo pro observa-
 tione iustitiæ persecutionem pati. 16. d. 2.
 siquis semel. Quo qui peruenit, testimo-
 nium conscientiaæ suæ habet in gloriam
 suam. 11. q. 3. inter verba. nec enim delebi-
 tur de libro vitæ. 11. q. 3. quid obest. Nam
 Dei prædestinatio quæ semper in bonum
 it. 23. q. 4. Nabuchodonosor. med. meritis
 completur. ib. obtineri. nec potest frau-
 dare. de pœn. d. 4. peccatum, §. verum. Tu
 tamen tibi delinquenti, licet prædestina-
 to, adhibe correctionem; vt medicinam
 languenti: licet sciatur, neminem ultra
 terminum à Deo vitæ præfixum, esse vi-
 cturum. 23. q. 6. Nabuchodon. fide, sed
 quomodo, id. vide. Sacerdos dat benedi-
 ctionem, spes expectationem, Deus fru-
 ctum. 1. q. 1. dictum est. cum columba ge-
 me vsque ad remis peccatorum. ib. remis-
 sionem. vt liberis à vitæ molestiis, &
 cum

cum passio Domino triumphes. 7. q. 1. ad-
uersitas.

§. 128. *Quis igitur dabit mihi pennas
sicut columba? & volabo, ubi requiescam.*
Psalm. 45. ibid. Transitu opus est: quod
est à ieiunio & labore vitæ huius, ad alte-
rius quietem. de consecr. d. 5. ieiunium.
Dulcia non meruit, qui non gustauit amara.
per multas n. tribul. intratur ad Christum.

Pennarum volantis animæ ad Christum.
Prima, renasci spiritualiter baptismo. de
consecr. d. 2. quia. *Secunda*, custodia E-
uangelij. 1. q. 1. Marcion. *Tertia*, In sacra-
mentis accip. humilis affectus, ardens de-
uotio, gratitud. studiū, frequentatio con-
stans. 8. q. 1. licet. 5. q. 1. quod interrogo.
26. q. 7. tota. de consecr. Eucharistiæ quo-
tidiana sumptio. de consecr. d. 2. vtrum.
Quarta, Confessio & pœnit. assiduissima.
de pœn. d. 3. si Apost. *Quinta*, Amor Dei
super omnia: omnia aspera perferens li-
benter. pœn. d. 2. caritas. *Sexta*, Omnia
pietatis exercitia, toto hoc libello expo-
sita, & probata. cui prob. tioni qui non
obsequitur sedulo, is vel idem non ha-
bet, & atheus est; vel mente non habet, &
fatuus est, auditurus *Nescio te Christus pa-*
ganū: qui obsequitur, eo velut aurea clauis
aperiet sibi PARADISVM. Amen. Amen.

Vltio.


Vltima clavis expolitio.


§. Hanc auream procudendi clauē ratio mihi fuit hæc, DD. Sodales, vt æterni brauij competitori nunquam e memoria effluat, esse damnorum sementem, suum cuiq; peccatum; esse & vnicam morū san-
 ctimoniam, peccatorū veniam. Vnde quo ex fonte emanant publica Germaniæ damna vniuersorū, ex eodem scaturiunt priuata singulorum. *Stipendia peccati mors.* Ro. 6. Germaniæ peccata, hæresin, ebriet. Dei obliuionem, &c. infectatur bellum, & circumpedes eius, incendia, cædes, vastationes, pestes, fames, fugæ, exilia, lues, mortes: pecca sodes, tua tibi flore büt mox flagella, propediē paritura malorū formas mille male, Ierem. *Quid tu vides?* ait Dom, *virgam vigilantem, ego video.* c. I. II. virga excitatur, vt vigilet; vibratur, vt feriat. peccata excitant, in suā pœnā; Dei vindicta librat, in vulneris sanationē; cum Argo vigilat, à iudice facit; pœnas intētat, salutē præparat. *Erynni semper virgines.* *Succensa Ieremia olla.* c. 12. populi culpas decc quit, percoquit pœnas. *noxa caput sequitur.* E-menda, & sanaberis. Non relinquet virgam pece. super sortem iustorum. & in mileratore.


F I N I S.

8.
ni
ia
n
-
o
-
i
s.
c.
x
-
s.
x
is
i.
a
c.
-
i.
-
i.
-
n
a.









Aurca
clavis
parab.
beato
rum
Nico
l...

Th

3209